SYNODVS
DIOECESANA MILETENSIS
SECVNDA

AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. OCTAVIO PARAVICINO

PATRITIO MEDIOLANENSE,

Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Miletenſe, Barone Galatri, & eidem Sanctæ Sedi immediatè ſubiecto

CELEBRATA

Anno M. DC. XCII. Die 14. 15. & 16. menſis Aprilis.



Meſſanæ, Ex Typographia Dominici Coſta 1693.

OCTAVIVS PARAVICINVS

PATRITIVS MEDIOLANENSIS,

Dei,& Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Mileten. Baro Galatri, eidemque Sanctæ Sedi immediatè ſubiectus.

CVM primùm ex Dei largitate, qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt, ad Epiſcopatus Infulas evecti ſumus, commiſſi Gregis impoſitum noſtris humeris onus, non ſine timore, ac tremore meditabamur (quippè tantæ molis illud eſt, ut ſit vel ipſis Angelis pertimeſcendum) ad quos, ut bene notat Ambroſius, ſermo ille dirigitur, *Eſto vigilans, & confirma*. Agitabatur in dies pavor, variiſque cogitationum fluctibus agitabamur, nos ad tantum munus adminiſtrandum, pares vires, parem animi magnitudinem afferre non poſſe; ſiquidem, ſi magni momenti res eſt ſubducere rationes cum Iudice Deo de propria anima, quæ unica eſt, & indiviſa Societas, quantò magis erit pertineſcendū, cum terribili judicio exquiret Deus creditarum Ovium ſanguinem de manibus noſtris, ut loquitur in ſacris paginis; cum coget nos rationem reddere de tot Animarum manipulis, quarum viæ incertæ, & latebroſæ, Statio inſtabilis, atque Habitatio remotiſſima! At perfecta charitas procul pellit timorem, quinimmò timor excitat charitatem, excitat ſolecitudinem Eccleſiarum, excitat zelum domus Dei. Quamobrem non noſtris viribus freti, ſed gratia ejus, qui confortat nos, operaturi, ut ſperamus, finem vocationis noſtræ, ſa-

Lib.2.in cap.2 Lucæ.

a 2

ſalutem animarum, ſecundum propoſitum divinæ voluntatis, quæ vocavit nos in hæreditatem ſanctam, conati ſumus vineam noſtram electã, quã Divinus Agricola ſacro cruore irrigavit, opportuniſ,& luculentis remediis excolere, ne terra ſterilis, & inaquoſa, ſuo germine viduata, ſpinas, & tribulos non germinet, nec foliorum pompa, ſed æternæ vitæ frugibus redundet, fructuſque reddat in odorem ſuavitatis. Curavimus ſponſæ noſtræ adhærere, cui divino favore copulati ſumus ſacro vinculo dilectionis, eamque pro noſtra tenuitate ornatam monilibus concupivimus, tanquam filiam Sion ſpecioſam præ filiis hominum. Hujus ſponſæ noſtræ vos omnes, quotquot eſtis, filios dilectiſſimos, paterna, quæ nos urget, charitate aſſiduò obſecravimus, ut diligatis decorem domus Dei, ne abeuntes in concupiſcentias veſtras degeneri lapſu deflectatis ab uberibus matris veſtræ, quibus vos enutrivit in ſpem vivam, ut ſitis ſancti, electi, Chriſti bonus odor, & vaſa dilectionis. Perfecimus hoc in ſpiritu lenitatis, in ſana doctrina, vigiliis, orationibus, exhortationibus, in laboribus multis, & libenter ſuſtinuimus; potiſſimè autem ſalutem hanc animarũ veſtrarum quæſivimus in prima Synodo, quam in Spiritu Sancto congregavimus ad laudem Omnipotentis Dei. Cum enim qui Apoſtolico munere fungitur debitor ſit ſapientibus, atque inſipientibus, ſæcularibus, & Deo juramento abſtrictis, quin etiam coadiutoribus omnibus, nobis in charitate conjunctis in miniſterium Apoſtolatus; operę pretium fuit ſacro hoc conventu ea ſtatuere, quæ Eccleſiaſticam diſciplinam, vel labefactatam inſtaurare, vel conſervatam in Domino promovere poterant, omnes, & ſingulos reſpectivè ſalubrioribus ſanctionibus dirigere; quibus confortari valeat infirmitas humana, reprimi effrænata vivendi licentia, quæ humana fragilitate, & inconſtantia depravatæ naturæ ad ſæculi illecebras in dies fluit: & ut altiùs ſederet cordibus veſtris, quod in ſalutem, & ædificationem animarum ibi ſancitum eſt, operæ pretium fuiſſet publica editione producere; at nondum ſatis experimento probaveramus oves noſtras, nec exactè viſitationibus exploratus erat ſtatus noſtræ Diœceſis; inchoatam enim viſitationem repentinus morbus interrupit, & cum aſſiduè urgeret intùs animum noſtrum amor perficiendi opus inceptũ, morbus redux, & pertinax detinebat corpus inter anguſtias, jam penè cadaver; Reſpirabat aliquando, ſubitoque ferebatur animus ad inceptam viſitationem abſolvendam, quam in Domino propoſueramus, ſed ſopita corporis intemperies non adhuç extincta, iterùm excitata invaleſcebat, cogebatque, nobis invitis, concepta deſideria diutiùs differre. Placuit tandem Divinæ Bonita-

ti

ti ,ſaluti corpus reſtituere,ut,qui priùs inter vaſa carnis anguſtati ſumus, confirmatis,ac reparatis indè viribus diſceremus dilatare ſpatia charitatis. Quamobrem abſoluta prima Synodo,quam diutius differre par non erat;Civitatis,& Diœceſis totius viſitatione jam nunc,Deo ſpecialiter adjuvante, pro noſtra imbecillitate pluries repetita,& habita diuturno experimento oviū noſtrarum pleniore notitia, divino adjutorio ardenter implorato, congregatis in Spiritu Sancto omnibus coadiutoribus noſtris, ſecundam hanc Synodum celebravimus,quam eò utiliorem pro animabus veſtris ſperamus, quò certiori notitia hujus Eccleſiæ, maturiori conſilio præ primo fuerit celebrata. Producimus itaque,vobiſq; tranſmittimus typis editas conſtitutiones, quas in ſacra hac Synodo à nobis, ſingulari Dei miſerentis ope, nuper habita promulgavimus in ſpiritu lænitatis, ne jugum Domini, alioquin ſuave,& onus leve,importabilibus ſanctionibus aggravetur; Obſecramus vos omnes, quotquot eſtis, filios chariſſimos,in viſceribus Ieſu Chriſti, ne in vacuum gratiam hanc Dei recipiatis, obteſtantes vos toto cordis affectu, ne, à quo traduntur; imbecillitatem ſcilicet noſtram,attendentes,ſed quæ in hiſce decretis continentur; Dei nimirum ſcientiam, & Eccleſiæ, documenta,ſedulò conſiderantes, hæc geratis in pectore, hæc in tabulis cordis veſtri, hæc in moribus ipſis exprimatis, reportantes finem vocationis veſtræ, ſalutem animarum; benedictionem ſic ab eo uberrimè conſecuturi,qui vos de tenebris in admirabile lumen evocavit. Hanc vobis jugiter deſideramus, & paterna benevolentia,quantum in nobis eſt,amantiſſimè impertimur.

INDICTIO SYNODI

OCTAVIUS, &c.

PAſtoralis officii munera pro noſtra tenuitate,Deo adjuvante,adimplere cupientes ad normam Sacrorum Canonum: potiſſimè verò Sacri Conc.Trid.Diœceſan, Synodum ſecundam celebrare decrevimus: animo renovandi in ſpiritu lenitatis oves nobis à Deo commiſſas, necnon eradicandi ſemen infectum, quod in earum cordibus fortè ſuperſeminavit inimicus homo. Ideò notum ſit omnibus Abbatibus, Commendatariis,Dignitatibus,Canonicis hujus Cathedralis Eccleſiæ, & Collegiatarum totius Diœceſis,Archipresbyteris, Parochis, Rectoribus,Vicariis,& Beneficiatis quibuſcumque, qui de jure, vel ex conſuetudine tenentur (excluſis penitus laicis perſonis) feria ſecunda poſt Dominicam in Albis,necnon ſequentibus diebus, videlicet 14.15.& 16.menſis Aprilis antemeridianis, & poſtmeridianis horis convenire debere in Cathedralē hanc noſtram cum ſuperpelliceis,biretis,inſignibus, & Stolis,prout tenore præſentis edicti monemus omnes, mandamus, & citamus, ſicuti alias promulgavimus in prædicta Cathedrali die 6.Ianuarii Epiphaniæ Domini, & per affixionem ad columnas ejuſdem, & ad ſingulos Vicariatus noſtræ Diœceſis tranſmitti curavimus. Nullo autem prætextu ab eo diſcedere ullus audeat, non obtēta prius à Nobis facultate, hocque præcipimus, & mandamus ſub pœnis arbitrio noſtro benè viſis. In quorum fidem, &c. Datum Mileti ex noſtro Epiſcopali Palatio hac die prima Februarii 1692.

Ioſeph Mele Secretarius.

De-

Decretum de Officialibus Synodalibus.

VT autem, quæ in hac noſtra Synodo agenda ſunt, prudenter, atque ordinatè per idoneos, ac diſcretos, & ad propria munia neceſſarios miniſtros peragantur, deputamus

In Conſultores Synodi.
Adm.R.Dom. Carolum Sacco Archidiaconum.
Adm.R.Dom. Antonium Comercium Decanum.

In Præfectos diſciplinæ, & ſcrutinii.
Adm.R.Dom. Antonium Tartaglia Theſaurarium.
R.Dom.Iſidorum Sabya Canonicum.

In Promotorem.
R.Dom. Dominicum Talottam Canonicum.

In Procuratorem Cleri.
R.Dom. Dominicum Crudo Canonicum.

In Secretarium.
D.Ioſephum Mele.

In Notarium.
D.Philippum Coyurium.

Decretum de Examinatoribus, ac Iudicibus Synodalibus deligendis.

DEcernit Sacrum Trid. Conc. ut quotannis in Diœceſana Synodo viri aliquot idonei ab Epiſcopis referantur, à quibus diligenti examinis ratione mores, prudentia, ac doctrina perquirantur eorum, qui ad curam animarum vocati ſunt; alii verò, quibus cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in prætibus delegandæ committantur, qui pariter à Regularibus in Conſervatores, iuxtà Greg. XV. conſtitutionem ſervatis ſervandis eligi poſſint. Talia igitur decreta nos exequi cupientes Venerabiles hos viros in Examinatores, ac Iudices Synodales uſq; ad aliam Synodum vobis proponimus. *Nomina ſunt.*

Examinatores Synodales

Adm.R.Dom.Carolus Sacco I.V.ac S.T. Doctor Archidiacon.
Adm.R.Dom.Antonius Comercius I.V.D. Decanus.
Adm.R.Dom.Donatus Scaranus Cantor,
R.Dom.Andreas Confortus I.V.D. Canonicus Pœnitentiarius,
R.Dom.Dominicus Talotta I.V.D.Canonicus.
R.Dom.Iſidorus Sabya Canonicus,
R.Dom.Modeſtus Vrſinus I.V.D.Canonicus.
R.Dom.Antoninus Genueſius Canonicus.
R.D.Honuphrius Sorbilli Archipresbyter Montisleonis.
R.D.Ioſeph Rinaldus Archipresbyter Sanctæ Euphemiæ,
R.D.Bruno de Nardo I.V.D.Archipresbyter Soriani.
R.D.Ignatius Argirò I.V.D.Archipresbyter Laurianæ.

R.D.Io-

R.D.Ioſeph Sacco I.V.D.Archipresbyter Briatici.
R.D.Antonius Pappalo Parochus Montisleonis.
R.D.Leolucas Nicaſtro I.V.D.Parochus dictæ Civitatis.
R.D.Berardinus Vadolato S.Th.D. Parochus ejuſdem.
R.D.Antonius Schinni I.V.D.Parochus ejuſdem.
R.D.Leo Carni I.V.D.Parochus Molicocca Soreti.
R.D.Antoninus Lombardo Parochus Sancti Marci.
R.D.Franciſcus Antonius Gennaro V.I.D. Parochus Capiſtani.

Iudices Synodales.

Adm.R.Dom.Dominicus Martyr Cuſentinus V.I.D.Vic.Gen.
Adm.R.Dom.Carolus Sacco I.V.ac S.Th.D.Archidiaconus.
Adm.R.Dom.Antonius Comercius I.V.D.Decanus.
Adm.R.D.Andreas Confortus I.V.D.Pœnitentiarius.
Adm.R.D.Filibertus de Lauro I.V.D. Archidiacon. Seminarię.
Adm.R.D.Franciſcus Carbone I.V.D.Archidiac.Sinopoli.

Decretum de Teſtibus Synodalibus.

CVM oporteat nos eſſe ſolicitos,ut præſentes Conſtitutiones quàm optimè reducantur ad praxim,vetus illud,ac probatiſſimum inſtitutum in Synodis Diœceſanis viros aliquos moribus graves, animarumve ſalutis cupidos eligendi, qui diligenter animadvertant, & ea, quæ emendationem requirunt, nobis fideliter referant, libenter amplectimur,propterea attenta Diœceſis amplitudine conſtituimus

in Teſtes Synodales

Omnes Parochos,& Vicarios Foraneos.

Decretum de præjudicio non inferendo.

NE verò pax, & concordia, quam in hac Synodo quàm maximè neceſſariam ſummopere optamus, altercationibus, & diſſidiis perturbetur, decernimus, ſi cui contingerit ſuo loco non ſedere, aut incedere,aut vocari, aut aliud quidpiam agere, nemini novum jus acquiri, nec quicquam de cujuſque jure, vel poſſeſſione detrahi, ſed in eo ſtatu permanere, in quo ante hanc Synodum eſſe reperiebatur.

SY-

renda, negãda, vel differenda ſit abſolutio? neque eos abſolvant, qui talis tantique beneficii ſunt incapaces, quales ſunt: qui rudimenta noſtræ fidei culpabiliter ignorant, qui nulla exhibent ſigna doloris, qui odia, & inimicitias non deponunt, nec aliena, ſi poſſint, reſtituunt, nec proximam peccandi occaſionem deſerunt, vel aliter reſipiſcere nolunt, aut qui publicum ſcandalum non tollunt, quale pariter eſt in fœminis nuditas pectoris, ac bracchiorum, juxta edictum glorioſ. record. Papæ Innocentij XI. 30. Novembris 1683.

3 Ad audiendas Confeſſiones non lucri cupiditate, ſed animarum ſalutis ſtudio ducti accedant, ideò nihil omninò à pœnitentibus ſatisfactionis cauſa exigant, nec facilè pœnitentias pecuniarias præſcribant; Miſſas verò, ſi quas imponunt, ad alios Sacerdotes celebrandas remittant, ac reſtitutione aliqua urgente, ipſi eam exequantur, ab eo cui fit reſtitutio apocham accepti recipiendo, eamque pœnitenti ſtatim tradendo.

4 Hic advertendum ſummoperè *a* publicos peccatores, veluti Concubinarios, non poſſe abſolvi, niſi dimiſſa priùs Concubina, nec etiam occultos propter peccandi proximam occaſionem: licet in his poſſit prudens Confeſſarius quandoque in quibuſdam circumſtantiis connivere. Qui *b* à populo Concubinarius putatur, licet revera non ſit, niſi ſcandalum tollat, non abſolvatur.

5 Nullus *c* Sacerdos, tum Sæcularis, tùm Regularis audiat Confeſſiones etiam venalium juxta noviſſimam *d* Sac. Congregationis Concilii decretum, niſi à Nobis examinatus, vel aliàs idoneus reputatus, & approbatus licentiam obtineat in ſcriptis: aliàs extra caſum neceſſitatis, ſubjaceat *e* excommunicationi latæ ſententiæ Nobis reſervatæ. In ipſo actu approbationis legatur, & intimetur Conſtitutio Gregorii XV. contra ſollicitantes, lata, juxta decretum Sancti Officii.

6 Confeſſarii quoque Prioratuum Droſii, & Melicuccæ tenentur coram Nobis comparere pro examine ſubeundo, & approbati noſtras literas patentes accipere, atque caſuum reſervationem ſervare, ut per Sac. Congreg. *f* Epiſc. fuit reſolutum die 6. Aprilis 1656.

7 Nullus Confeſſarius (ſecluſa neceſſitate) miniſtret hoc Sacramentum ſæcularibus præterquam in Eccleſia, & de die, orto jam Sole uſque ad occaſum, & tunc indutus ſuperpelliceo, & ſtola, (quæ ſemper ponatur circa collum) cum bireto, & in ſedibus Confeſſionalibus cum crate ſtannea, anguſtis foraminibus perforata, quæ ſuas habeant tabellas cum annotatione caſuum, & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ, ac Nobis reſervatarum, neque ſub prætextu brevis reconciliationis: abuſus à quo plurima mala proveniunt, eliminandus omninò.

8 Declaramus Confeſſariis ſublatam Nos velle facultatem abſolutionem impertiendi ſuper peccatis, quorum ipſi quocunque modo participes fuerint. Pœnitens verò in confeſſione ſollicitatus, abſolutionis eſt incapax, niſi prævia denunciatione coram Nobis facta; ut autem in re tanti momenti rectè procedatur Gregorij XV. conſtitutio, & S. C. literæ legantur in appendice.

a *Tambur. in tract. de exped. Conf. lib. 3. cap. 3. num. 12.*

b *Ritual. Rom. in rubr. de Pœnit. §. videat, Nicol. in floſc. v. concubinar. num. 2.*

c *Trid. ſeſſ. 23. de Ref. cap. 15.*

d *Sac. Congreg. Conc. 12. Febr. 1679.*

e *Synod. Diœc. Epiſ. Maurelli in tit. de Sacr. Pœnit. in prin.*

f *Decret. habetur in calce præſentis Syn. fol.*

9 Eiſdem

9 Eiſdem ad mentem redigimus confeſſionis ſigillum ex obligatione juſtitiæ,& ex Religionis virtute,inviolabiliter ſervandum ſub pœnis in Textu *C. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſs.* pro cujus effractione ſufficit nutus, vel admirationis ſignum factum in excipiendis gravioribus peccatis.

g S. C. in una Melfit. prima Dec. 1635.

10 Paſchatis tempore unuſquiſque proprio Parocho *g* confiteatur, vel ab eodem, aut à Nobis alium adeundi Confeſſarium licentiam poſtulet; ita S.C.ut in appendice.

11 Medici ad infirmos vocati,eos ante omnia moneant, & hortentur ad ſua peccata fatenda: & niſi infra triduum id fecerint, quod ei (conſtare debet per ſchedulam à Confeſſario ſibi relictam) non revertantur ampliùs ad eorum curam, juxta conſt. Inn. III. & B. Pii V. ac mentem fel.record.Innocentii XI.

12 In appendice ponuntur etiam propoſitiones per Sac. Congregat. ſupremæ Inquiſitionis damnatæ, fol.

De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento. Cap.VIII.

OMnium Sacramentorum auguſtiſſimum & Populo Chriſtiano ſaluberrimum eſt Sacramentum Altaris,in quo verum Chriſti Salvatoris noſtri Corpus, & Sanguis continentur, unà cum Anima, & Divinitate. Expedit itaque ut ad ſumptionem tanti Sacramenti omnes accedant ſumma conſcientiæ puritate, niſi velint judicium ſibi manducare, & bibere, ut monet Apoſtolus, & reatum peccati admittentes ad Tartara præcipites duci.

a S.Carol. par. 1. actor. Eccl. Mediolanen.

1 Cultus,qui huic debetur Sacramento,appellatur latriæ, & ne dum internus,verùm etiam externus eſſe debet. Quamobrem à Parochis aſſiduè monendus eſt populus,ut Miſſarum celebrationi, dum ſalutaris elevatur hoſtia, utroque genu ſè reverenter inclinet, menteque Chriſtum adoret. Præterea *a* in Miſſa Conventuali hujus Cathedralis, & in ea item Miſſa,quæ in unaquaque Eccleſia à Parocho celebratur, tùm ſignū ſono Campanæ detur:cujus ſoni ſignificatione fideles, qui in Eccleſia Miſſæ ſacrificio non interſunt,admoniti mente ſupplici religioſas preces piè adhibeant, capite detecto, & flexis genibus.

b Gavant.in man.v.2. Euchar. num.1. c Piaſu.in pra. Epiſc.p.2.c.3. art.3.n.27.Pignatell. tom.4. conſ.31.

2 Aſſervetur Sanctiſſima Euchariſtia *b* in omnibus Parochialibus, aliiſque paucis Eccleſiis ex ſpeciali privilegio,at ſemper *c* in Altari majori in Pixide argentea interiùs deaurata,& ornata conopæolo albi coloris auro contexto; tabernaculum verò ſit benè clauſum intùs, panno ſerico, decentique conopæo foris obductum, in quò nil aliud omninò ſervetur,cujus clavis argentea, vel auro lita, ab ipſo Parocho teneatur. Octavo quoque die in feria quinta mutentur particulæ conſecratæ, ſed antequam recentes conſecrandæ ponantur in pixide, diligenter cribentur,nè iis adhærentia fragmenta in actu communionis pereant;Sint forma ſphærica, à Sacerdotibus,vel Clericis tantum conficiantur, in ſedilibus non reponantur, neque in terram projiciantur. In conſpectu taber-

naculi

SYNODI
DIOECESANÆ MILITEN.
SESSIO PRIMA.

De Fide Catholica. Cap.I.

FIdes,ut habet Apoſtolus *a*, cum ſit omnium bonorum ſpiritualium fundamentum; idcircò ab illa duximus incipiendum.

a *Hebr.*11.

1 Fidem non ſolum interiùs fateri debemus, verùm etiam exteriùs. Ideò partes cujuslibet Chriſtifidelis erunt, ut ſemel in vita, multò magis in mortis articulo fateatur expreſsè.

2 Eam verò profiteantur exteriùs,qui de jure tenentur,ad formam conſtitutionis Pii IV.incipien.*Iniunctum*. In hoc autem decreto includimus etiam *b* Ludimagiſtros: & licentia illis data pro legẽdo,ſingulis *c* trienniis renovetur. Cancellarius *d* noſter habeat librum in Cancellaria, in quo ſingulorum nomina, qui fidei profeſſionem emiſerint, annotentur, cum eorum, & teſtium ſubſcriptione.

3 Qui *e* noverint hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, necnon maleficos,veneficos,magos, & alios huiuſmodi, denuncient Nobis ad formam noſtri Edicti nuper emanati, quod ponitur in appendice. Contrafacientes, ſubjaceant excommunicationi, à qua abſolvi non poſſint, niſi facta priùs denunciatione,& licentia à Nobis obtenta. Hujuſmodi autem Edictum Parochi Populo evulgent prima Domiuica Adventus, & Quadrageſimæ.

b *Pignatell.to.* 5.*conſ.*5.*n.*2.
c *Gavant. in manual.v.Ludimagiſtri n.*5.
d *Synodus Camerinen. Clementis Pap.X.* 3.*tit.*1. *decr.*7.
e *Synodus* 1. *Diœceſana Epiſcopi Tuſi in tit.de FideCathol.cap.*6.

4 Lectio librorum prohibitorum ſit omnibus vetita; & propterea pœnis, & cenſuris aliàs in Indice latis volumus affici detentores, & lectores hujuſmodi librorum: & non abſolvantur, niſi venia à Nobis habita, & dictis libris exhibitis. Habentes verò facultatem legendi libros vetitos, eã teneantur Nobis oſtẽdere, juxta Conſtit. Papæ Vrbani VIII. incipien.*Sanctiſsimus*. Parochi omnes ſtudeant habere noviſſimum Indicem librorum prohibitorum.

De Doctrina Chriſtiana. Cap.II.

CErtum eſt,& experientia ipſa comprobatum,pueros,qui veræ Doctrinæ pabulo non enutriuntur, ſensìm ad vitia declinare: nunquam enim de hoſte reportabunt triumphum, ſi in Eccleſiæ paleſtra pugnandi artem non fuerint edocti.

1 Parentes itaque, & omnes ad quos ſpectat, ducant, vel ſaltem mittant parvulos ad Eccleſias Dominicis diebus: Si tamen negligant,

a *Gav. in man. v. Doctrina Christ. n. 10.*

ſciant rationem ſe Deo iudici diſtrictè reddituros : nec abſolvantur *a* à Confeſſariis, niſi proponant fideliter hoc munus obituros.

2 Singulis autem Parochis mandamus, ut Dominicis ſaltem diebus, ſtata hora à prandio propriæ campanæ ſono ad id munus aſſignato populum ſibi commiſſum evocent, Chriſtianæque Doctrinæ pabulo ſalutari paſcant, miſſis cum tintinnabulis piſcatoribus ad pueros convocandos, alta voce clamantibus : *Padri, e Madri mandate i voſtri figli alla Dottrina Chriſtiana, che ne haurete à dar conto à Dio.*

b *Poſſevin. de officio Curatis cap. 4.*

3 Moneant *b* Parochi inter Miſſarum ſolemnia, eos non eſſe admittendos ad Sacramentorum perceptionem, quos noverint fidei rudimenta non didiciſſe, nempe, Pater, Ave, Apoſtolorum Symbolum, Præcepta Decalogi, & Eccleſiæ : itemque myſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ.

c *Bulla Innocent. XI. de anno 1682.*

4 Omnes *c*, & ſinguli Eccleſiarum Rectores Congregationem inſtituant ſub Doctrinæ Chriſtianę vexillo, in qua deſcribantur omnes utriuſque ſexus : quique in ea deſcripti non fuerint, licet Scholas præfatæ Doctrinæ Chriſtianæ aliquoties petant, ſciant ſe non eſſe aptos ad lucrandum tot Indulgentiarum theſaurum recens à glor. rec. Innocentii Papæ XI. cum aggregatione alterius Divi Apoſtoli Petri de Vrbe Nobis poſtulantibus indultum.

5 Pueros, puellaſquè per claſſes juxta earumdem capacitatem diviſas, ab aliis Sacerdotibus, & Clericis adiuti, curent quam maximè imbui, eoſque explicitè ea ſcire, quæ circa fidem, ac Sacramentorum cognitionem neceſſaria ſunt ad ſalutem, ſervantes in omnibus inſtructiones noſtras typis impreſſas, & Cardinalis Bellarmini libellum præ manibus habentes.

6 Cum jure conquerantur Parochi, quod populus à prandio ad Chriſtianam Doctrinam addiſcendam convenire renuit, permittimus tale munus peragi poſſe manè intrà Miſſarum ſolemnia. Vt autem rudes etiam grandiores meliùs inſtituantur, qui Miſſam celebrat in aurora, recitet alta voce de verbo ad verbum Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum, & Præcepta vernacula lingua. Ludi Magiſtri verò ad pueros rectè inſtituendos in Doctrina, pietateque Chriſtiana, eiſdem quolibet die Sabbato, dicti libelli aliquid explicent, eoſque diebus Dominicis ad Eccleſiam dirigant.

d *Nicol. in floſc. v. 7. Doctrina Chriſt. n. 8.*

7 Quo tempore docetur Doctrina Chriſtiana, Regulares *d* non debent Officia cantare, aut alias functiones in ſuis Eccleſiis agere.

De Verbi Dei prædicatione. Cap. III.

CVm Fides, ut habet Apoſtolus, ex auditu habeatur ; ideò de Prædicatione Verbi Dei hæc operæ pretium erit ordinare, ac ſancire.

1 Hujuſmodi prædicationis munus cum præcipuè Parochis ſit iniunctum, eiſdem precipimus, ut in ſingulis Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, ſaltem per horæ dimidium, Evangelii currentis explanationem fa-

ſaciant, & moneant populos, ut à malo declinent, & bonum faciant, ſub pœnis *a* à Sacro Concilio Tridentino prȩſcriptis: Si quandoque contigerit, vel ſua ſponte velint prȩdicare temporibus Adventus, & Quadrageſimȩ, nullam *b* prȩſumant accipere eleemoſynam, quamvis dari ſolitam à populo. Parochi *c* in Miſſis prȩdicantes ſtent antè Altare è latere Epiſtolȩ, cum iiſdem veſtibus ſacris, capite detecto, lumina minimè extinguantur.

2 Concionatores nullo unquam tempore, vel loco admittantur abſque prævia noſtra *d* approbatione, & licentia. Sin autem Regulares fuerint, & in ſuis velint prȩdicare Eccleſiis, vel occaſione recitandi Roſarium *e* exponere ſacra myſteria, teneantur priùs à Nobis benedictionem petere, & petitam obtinere, aliàs caveant à pœnis, de quibus in Conſtitutionibus Pontificiis. Et more Apoſtolico populis ſuadeant ad Fidei, & Chriſtianæ legis veritatem agnoſcendam, ut à peccatis abhorreant, & de admiſſis pœnitentiam agant. Vitia notoria, ac publica reprehendant, & à reliquis maximè in confeſſione auditis ſe abſtineant, iuxtà mentem Summorum Pontificum. Monita nuperrimè typis evulgata in appendice legenda integrè ſervent.

3 Abſtineant *f* Concionatores à novis miraculis, ab apochryphis doctrinis, à quæſtionibus obſtruſis, & curioſis, necnon à cæteris omnibus incertis, dubiis, falſis, vel quæ falſi ſuſpicionem habent, ut habetur in Conſt. Leonis X. *Superne*, de nocte non prædicent, etiam in Feria quinta Cœnæ Domini, ſed tantùm horis diurnis: quo tempore curent Eccleſiarum Rectores, ut mares ſeorſim à fœminis ſtent, vel ſedeant, tumultus non fiant, pauperes non vagentur, nec parvuli lactantes permittantur. Eoſdem verò à ſuo munere expeditos ſummoperè hortamur, ut Nobis ſaltem in ſcriptis ſignificent abuſus, & ſcandala in ſuos auditores, Clerum, vel Eccleſias introducta.

4 Pauperes *g* populo commendare non poſſunt Concionatores, etiam Regulares in propriis Eccleſiis, ſine noſtra licentia.

5 Si quempiam *h* ex Prædicatoribus errorem aliquem diſſeminare contigerit, vel corruptelam contra bonos mores, confeſtim Parochi teneantur nos reddere certiores, ut occurratur malo inſurgenti. In Paſchate verò nullo pacto ignorare nos permittant, qua pietate, profectu, ac morum modeſtia Concionatores ipſi ſe geſſerint.

6 Vſum *i* hùc uſque introductum, ut Magiſtratus Communitatum noſtræ Diœceſis (præterquam Mileti, & Oppidi Galatri noſtræ Epiſcopal[illegible] Menſæ ſubiecti) Concionatorem nominent, recipimus, & toleramus, dummodò id faciant uſque ad Epiphaniæ diem excluſivè, quo termino elapſo ad nos devolvatur electio ad formam reſolut. Sac. Congregationis in fine ponen. & ſemper teneantur Communitates ſolitam contribuere eleemoſynam in victualibus, & pecunia: & ſi contrafecerint, cenſuris compellantur.

a *Trid. ſeſſ. 5. cap. 2.*

b *P. Nicol. in Fleſc. v. Paroch. nu. 8. & lib. 1. Canon. tit. 31. num. 6.*

c *Michael Iuſtinian. lib. 1. Conſtit. cap. 4. §. 4. n. 9. fol. 36*

d *Trid. ſupra citatum.*

e *Pignatell. to. 1. conſult. 407.*

f *Synod. 1. Diœceſana Epiſcopi Tuſi in tit. de Prædicat. cap. 3.*

g *S. C. Epiſc. in Placent. 20. Iulii 1619. Barboſ. in collecta. & Bullar. v. Prædicator. Gavant. in Enchyr. v. Concio Sacra.*

h *Trid. ſeſſ. 5. de refer. cap. 2. §. ſi verò.*

i *Synodi Diœceſanæ Epiſc. Cttini p. 1. c. 4. & Epiſ. Maurelli in tit. de Concionat. v. Concionatores.*

SAcramenta adminiſtraturi, calleant Rubricas Ritualis Romani, in quo omnia neceſſaria circa hæc veluti per compendium ſunt reſtricta, ex quibus pauca iſta duximus ad mentem revocanda.

1 Meminiſſe oportet, ſe ſancta tractare, atque omni ferè temporis momento ad tàm dignum miniſterium exercendum debere eſſe paratos. Sacerdos ergo, ſi lethalis peccati fuerit ſibi conſcius (quod abſit) ad Sacramenta miniſtranda non accedat, niſi priùs corde pœniteat, quod ſi copiam Confeſſarii habeat, & temporis, locique ratio ferat, fateri convenit.

2 Dum Sacramentum aliquod miniſtrant, ſingula verba, quæ ad illius formam, & miniſterium pertinet, attentè, diſtinctè, piè, atque clara voce reſpectivè pronuncient. Similiter & alias orationes,& preces devotè, ac religiosè dicant.

3 Ad miniſtrandum procedentes rei, quam tractaturi ſunt, intendant, nec de his, quæ ad ipſam non pertinent, quidquam cum alio colloquantur: in ipſaque adminiſtratione actualem ſtudeant habere attentionem, vel ſaltem virtualem cum intentione faciendi quod intendit Eccleſia. Optimum conſilium erit, ſi manè de ſomno expergefacti, hanc faciant intentionem generaliter adminiſtrandi omnia, & ſingula Sacramenta iuxta Sanctæ Romanę Eccleſię intentionem ſuper quibus requiſiti fuerint.

4 Abſtineant *a* Parochi in Sacramentorum adminiſtratione, pręſertim Baptiſmi, & Matrimonii à quęſtu, quamvis pretextu taxę, ſtatuti, vel conſuetudinis:quę cum ſint potiùs corruptelę,penitùs eliminentur, alias puniantur pœnis à jure inflictis.

5 Si ex *b* negligentia Parochi quis moriatur ſine Sacramentis,ultra reatum mortalem, quem incurrit, puniatur ſemeſtri carcere, ac etiam gravioribus,ſi ita videbitur. Si verò ex eadem negligentia, vel culpa vermes in Hoſtiis conſecratis naſcantur, eadem pœna plectatur.

a *Synodus Camerinen. Cardin. Franzoni in append. ad tit. 18. §. gratis*

b *Barboſ. de officio Paroch. p. 2. c. 17 nu. 43.*

6 Ne ſacris rebus à Chriſto Domino ad noſtram ſalutem inſtitutis diabolo ſuadente ad ſuperſtitioſos, & ſacrilegos uſus ullus abutatur, ſeverè pręcipimus Parochis omnibus, ut tabernaculi, ubi Sanctiſſima Euchariſtia aſſervatur, armarii, ubi ſacra olea cuſtodiuntur, ac fontis baptiſmalis claves (quæ firmæ, & ſecuræ eſſe debent) diligenter, cautèque apud ſe cuſtodiant, neque cuiquam, niſi in caſu neceſſitatis, & fidiſſimo committant.

De Baptiſmatis Sacramento. Cap.V.

BAptiſmus eſt omnium Sacramentorum janua, ſine quo, ſaltem in voto, nullus hominum in Regnum Cœlorum intrabit. Ideò ad illum adminiſtrandum ſumma diligentia adhibenda eſt. Quapropter Parochi, quorum eſt hoc Sacramentum miniſtrare, rectè ſcire, & ritè

ſer-

ſervare debent ea omnia, quæ in Rituali habentur, cui ſtudere ſit eorum munus præcipuum.

1 In baptizandis parvulis ſemper imponi curent nomina Sanctorum novi Teſtamenti, quorum exemplis fideles ad piè vivendum excitentur, & patrociniis protegantur, ut in Rituali habetur.

2 Extra *a* Eccleſiam, in qua eſt fons baptiſmalis, adminiſtratio baptiſmi, præterquam in caſu neceſſitatis, omnibus ſit prohibita: & non niſi à Parocho, vel qui curam gerit, adminiſtretur, & nullus alius ſe ingerat. Baptiſmus item non differatur ultra tres dies.

a Clemēt. unic. de Bapt. & Ritual. Rom.

3 Tam *b* Cereus, qui defertur, quam cæteri omnes, qui pro majori ſolemnitate talis functionis accenduntur, Eccleſiæ acquirantur.

b Conſtit. Iuſtin. lib. 3. tit. 1. cap. 13. n. 28.

4 Qui in Patrinos admittuntur, non ſint publici excommunicati, aut cenſurati, non infames, non inſani, nec qui fidei rudimenta ignorant, nec minùs Regulares, aut Sæculares Sacerdotes abſque noſtra licentia. Et duo ſint Patrini, mas ſcilicet, & fœmina; quando unus erit Patrinus, mas adhibeatur.

5 Cum hujus Sacramenti tàlis ſit neceſſitas, ut etiam à laicis, inſtante mortis periculo, illud adminiſtrari liceat, Parochi non prætermittāt populum dicti Sacramenti materiam docere, præcipuè Obſtetrices, in Eccleſia tamen, unà cum forma, ſcilicet: EGO TE BAPTIZO, IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI; quæ verba ſunt proferenda, dum ter effunditur aqua. Infantes verò ſic baptizati deferantur quamprimum ad Eccleſiam pro Sacramentalibus, & cæremoniis.

6 Accidit autem non raró de Infantibus expoſitis ignorare, an ſint baptizati, tunc Parochi re diligenter perquiſita nullam habentes certitudinem, eos ſub conditione baptizent his verbis: SI TV ES BAPTIZATVS, EGO NON TE BAPTIZO, SIN AVTEM NON ES BAPTIZATVS, EGO TE BAPTIZO IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI.

7 Poſt collatum baptiſmum *c* curent Parochi ſtatim, & ultra biduum non differre annotationem infantis baptizati in libro, & juxta formam Ritualis ad unguem, & annum, ac diem per extenſum deſcribere, non verò per numeros, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, & Nobis reſervata. Hoc idem ſervari volumus in Confirmatis, Matrimoniis, ac Defunctis.

c Synodus Sublacen. Cardin. Barberin. c. 7. n. 1. & Synodus Cuſentina Archiepiſcopi Marulli cap. 6.

8 Fons baptiſmalis lapideus eſſe debet, potens retinere aquam in totum: ſuum habens cooperculum ovatum, cum parvula Cruce in vertice, & ſit æreum: argenteum ſit cochleare, vel ſtanneum. In promptu eſſe debent vaſcula cum ſacris Oleis Cathecumenorum, & Chriſmatis: Salinum cum ſale attrito, & benedicto, pelvis ad excipiendam aquam, & alba veſtis in modum pallioli, & nullatenus adhibeantur ad hoc telæ lineæ, quæ deferuntur ab Obſtetrice, ſed comburantur in Sacrario. Sacrarium claudatur ſera, & clavi. Item baptiſterium ſit cancellis circumſeptum, & ſecus illud imago Sancti Ioannis Baptiſtæ, Chriſtum baptizantis.

naculi una ſaltem lampas colluceat, quem cultum negligentes à culpa mortali non excuſantur.

3 In adminiſtrando Sanctiſſimo Sacramento utantur Sacerdotes pixide, non autem patena, niſi communicandi ſint infrà ſex, idque ad evitandum caſus periculum. Accedentes verò ad ſacram communionem eſſe debent jejuni à media nocte, abſque mortali, ſumma cum reverentia, & humilitate, oculis non vagis, ſed in Chriſti corpus piè conjectis, ore nullo modo ſupra extremitatem Caſulæ, ſed ſupra pannum lineum ad hunc finem diſpoſitum modeſtè porrecto, lingua paululum infra labia ſtante: vitent vehementem pectorum tunſionem, gemitus, elevatas voces, ac ſuſpiria. Viri non accedant cum armis, aut nexibus obſtrictâ cæſarie, neque Mulieres aperto capite, aut nudo pectore.

4 Nemini prohibeatur Sacra Communio in Paſchate, exceptis publicis peccatoribus parvulis impuberibus, Amentibus, & Cenſuratis: publici Vſurarii, Concubinarii, Meretrices, aliique hujus farinæ homines ab Angelorum menſa arceantur.

5 Qui ſemel in anno confeſſi non fuerint, nec minùs in Paſchate communicati (Paſcha dicitur à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis incluſivè) & doli ſint capaces, juxta formam *cap. omnis utriuſque ſexus de pœnit. et remiſſ.* vivi arceantur ab ingreſſu Eccleſiæ, & mortui Eccleſiaſtica careant ſepultura, & nihilominus *d* excommunicentur. Si verò ultra annum contumaces in hoc fuerint, poſſint tanquam *e* de hæreſi ſuſpecti citari, & puniri. Nullo modo differant Parochi ultra feſtum Aſcenſionis Nobis ſignificare numerum Animarum, ac nomina illorum qui non ſunt communicati, notam extrahendo à ſtatu Animarum in capite Quadrageſimæ deſcripto, media diſtributione cartularum per miniſtrum fidelem Communicatis in ipſo communionis actu facienda.

d *Gan. in d. v. Euch. num. 31.*

e *Dian. p. 4. tr. 8. reſol. 38. & Nicol. libr. 4. Inſt. civil. tit. 18. num. 15.*

6 Si *f* abſque noſtra licentia in ſcriptis extra propriam Parochiam ſacram ſumpſerint communionem, habeantur, ac ſi non adimpleverint præceptum Paſchale, niſi id fecerint in *g* Cathedrali, *ut conſtat per decretum Sanctiſſimi in appendice fol.* . . Qui verò ex induſtria ad alienas partes ſe conferunt, ut faciem proprii Parochi effugiant, decernimus, quod illi non cenſeantur ſatisfeciſſe præcepto Eccleſiæ, etiamſi fidem alterius reportent: ſed teneantur poſt reditum ſaltem infra menſem proprio Parocho ſè præſentare, & præceptum implere.

f *Textus in c. omnes utriuſq; ſexus de pœnit. & remiſſ. Trid. ſeſſ. 13. de SS. Euch. Sacram. cap. 6.*

g *Ricc. in prax. p. 4. reſol. 299. num. 2.*

7 Ad Parochos tantum ſpectat approbare grandiuſculos, qui primũ Sacram Euchariſtiam ſumere voluerint, eorundem per aliquot hebdomadas antè Paſchalem ſolemnitatem delectum habendo, eoſque diligenter examinãdo ſuper fidei rudimentis, virtute, ac dignitate tãti Sacramenti. Noſtrum autem erit in Sancta Viſitatione approbatos inquirere.

8 Par eſt in feria quinta in Cœna Domini, ut omnes Sacerdotes, cæterique de Clero communionem accipiant à Nobis, vel à prima Dignitate in noſtra abſentia, & reſpectivè à Parocho proprio, ad exemplum Apoſtolorum, qui de manu Chriſti Salvatoris noſtri illam ſumpſerunt;

Accedant verò bini, ac bini, & Sacerdotes cum cottis, & ſtolis. Feria ſexta in Paraſceve Domini nō niſi ſolis infirmis miniſtretur Euchariſtia.

g Sac.Congreg. apud Nicol. floſ. in V. Euchar.nu.23. 9 Sanctiſſima Euchariſtia in nullis Eccleſiis g etiam Regularium publicè exponatur abſque noſtra licentia: Cum verò Sacroſanctum Viaticum deferri contigerit, Ritualis rubricas omnes, & ſingulas quam diligentiſſimè ſervari præcipimus: intereſſentibus verò tanto myſterio quadraginta dierum indulgentiam toties impartimur.

h Nicol.in floſ. v. Paſcha n.6. 10 Regulares h qui die Paſchatis Euchariſtiam ſæcularibus miniſtrant, noverint ſe incurſuros excommunicationem Sanctæ Sedi Apoſtolicę reſervatam ex conſt. Clem. V. etiamſi ſęculares devotionis cauſa illam acceperint. Laici famuli Regularium, ſi degant extra clauſtra, teneantur de manu Parochi Euchariſtiam ſumere i juxta declarationem Sac.Cong. Sic etiam Eremitæ, K ſi vivant in diſtrictu Parecię, ab illius Parocho communicentur.

i Id.Nicol.d.v. Paſcha num.7.

K Sac. Congr. Conc. in una Caſſanen.9.Iulii 1672.

11 Vbi in Parochia non ſit erecta Confraternitas Venerabilis Corporis Chriſti erigatur, ac Indultum obtineatur ab Vrbe in forma ſolita, & conſueta. Summarium Indulgentiarum prout in calce dabimus, pendeat ex albo Sacraſtię, ut fideles ad eas lucrandas incitentur.

De extrema Vnctione. Cap. IX.

QVemadmodum Chriſtus Salvator noſter in toto vitę noſtrę curſu ſalutaribus remediis nos roborare non deſiit, ità in extremo vitę articulo hoc extremę unctionis Sacramento tanquam firmiſſimo quodam pręſidio adverſus diaboli inſidias nos corroborat. Idcircò Parochi in hoc miniſtrando ſervent inſtitutum Ritualis Romani, & rubricas in eo deſcriptas.

1 Antequam infirmi ſacram accipiant unctionem, operę prætium erit, ut eos Parochi inſtruant de illius efficacia, deque effectibus: eoſq; excitent ad actus fidei, ſpei, charitatis, & contritionis juxta formam in fine dandam. Verùm enim verò punctus mortis eſt momentum illud, unde pendet ęternitas: atque ità Parochi aſſiſtentia, qui noſcit mores Ovium ſuarum, valdè prodeſt hominibus, ut in gratiam reducantur, & qui in gratia vivunt, in gratia moriatur. Adhunc effectum curent habere praxim Mancini, Directorium P. Polanchi, & alios hujuſmodi libros.

2 Sacerdos ultimus cujuſcunque Vicariatus, vel Clericus ſacris initiatus, ſacra Olea recepturus feria quinta in Cœna Domini, cum vaſculis [illegible] ſtanneis, mundis, & capacibus, minimè verò rimoſis, in arcula ſeraferrea munita, cum oleorum ſuper ea inſcriptione diſtincta, ad hanc Cathedralem accedat, gratiſque receptis à Sacriſta ſacris Oleis, cum ſtola ſuper pelliceo indutus, altero lumen in lanterna deferente pedibus iter ingrediatur per totam Civitatem; Cum autem pervenerit ad locum Vicariatus præcipuum, in aliqua Eccleſia conſiſtat, expectans, dum omnes de Clero eum excipiant, & ad Matricem proceſſionaliter aſſocientur. Parochi verò ubi primùm Olea ſacra nova acceperint, vete-

ra

ra ſtatim comburant in lampade, quæ ante Sanctiſſimum Sacramentum collucet, bombacio in Sacrario planè exuſto; eorumvè quilibet caveat omninò à dandis ſacris Oleis extrà Eccleſias ſuæ juriſdictionis.

De Sacramento Ordinis. Cap. X.

QVanta ſit ordinis dignitas, ex hoc uno palàm fit. Sacerdotes enim non ſolùm Angeli, verùm etiam *a* Dii, & Chriſti appellantur. Cōparantur item Regibus, & per eos Chriſtiana regitur Reſpublica. Convenit ergò ut qui ad Ordines aſpirant, ſint vitæ probatæ, docti, prudentes, & ad gubernandum idonei: His namque viris literatis indiget Eccleſia, non Aſinis ferratis, ut habet commune proloquium.

a *Pſal.* 81. & 104. & 1. *Petr.* 2.

1 Ab Ordinum ſuſceptione prohibentur *b* illegitimi nati: Neophiti, ideſt in fide recentes. Corpore vitiati. Inſigniter deformes. Epileptici. Amentes. Servi. Infames. Vſurarii. Perjuri. Crimino ſi. Solemniter pœnitentes. Ebrioſi. Abſtemii, qui vinum non bibunt. Impudici. Minores natu. Rudes, & ignari. Lapſi poſt ordinem in fide. Peregrini, & ignoti. Bigami. Irregulares. Cenſuris ligati. Ratiociniis obligati. Sacramento chriſmatis non confirmati. Conjugati. Morbo caduco laborantes. Energumeni. Milites. Non examinati, & probati, Iudices in criminalibus, Promoti per ſaltum.

b *S. Carolus p.* 1. *tit.* 10. *c.* 13. *Griſpan. in opuſc. de Sacr. ord.* § 4. *fol.* 77.

2 Omnes Ordinandi, quicunque ſint, & ad quoſcunque Ordines, debent à Nobis licentiam cum Memoriali obtinere, ut eorum nomen, ac votum publicè in Eccleſia ter exponat Parochus loci, tribus Dominicis, vel feſtis de præcepto: deque eo tempore legat Populo impedimenta prænarrata. De Ordinandorum moribus à viris fide dignis diligenter inquirat, *c* & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes, ad Nos tranſmittat; aliàs promoti ad tonſuram, vel Minores, & Collator à collatione Ordinum per annum ſuſpenſionem incurrant juxta declarationem *d* Sacræ Congregationis juriſdictionis Regni Neap. præpoſitæ.

c *Trid. ſeſſ.* 22. *de ref. cap.* 5. & *Pon. Rom. de Sacr. Ord.*
d *Sac. Congr.* 22. *Iulii* 1623.

3 Atteſtationes hujuſmodi debent eſſe juratæ, in quibus Parochi ultra trinas denunciationes teſtentur de Ordinandorum natalibus, ætate cum inſertione particulæ originalis ex libro baptizatorum, & confirmatorum; nulloque ex paulò ante commemoratis impedimentis detineri, ſed eſſe bonæ vitæ, famæ, Eccleſias, & Sacramenta frequentaſſe, functiones ordinum acceptorum (præterquam Exorciſtatus) exercuiſſe. Atteſtentur etiam, ſi ordinandi alibi commorati fuerint, ubi, quanto tempore, quave occaſione, ad effectum, ut ibi denunciationes prædictæ reiterari valeant, & fides illius Parochi haberi; Et *e* ſi extra Diœceſim per annum ſtetiſſent, præter Parochi fidem exhibeatur Nobis alia Ordinarii illius Diœceſis. Hujuſmodi verò fides fiant gratis *f* à Parochis, quemadmodum publicationes. Quomodo fieri debeantur? infra dabitur exemplum.

e *Synod. Sublacen. Cardinalis Barberini cap.* 12. *num.* 30.
f *Synod. Diœc. yrimi Epiſcopi Rufi cap.* 6. *fol.* 54.

4 Hæc de Ordine in genere, modò de ſingulis ſtatuenda ſunt non-

 nulla

nulla. Promovendi ad primam tonſuram, id non faciant animo *g* effugiendi forum ſæculare, vel fraudandi collectas, & gabellas, ſi ſecuri eſſe velint in conſcientia, abſque ullo ſcrupulo. Per annum antè promotionem debent Eccleſiæ inſerviſſe in habitu Clericali, qui benedici debet. Sint ætatis adminùs annorum decem. Itemq; patrimonium *h* oſtendere debent, ſe habere pro ſacris ordinibus. Et ſi decimum octavum annum exceſſerint, habere procurent atteſtationes *i* à Iudice laico loci ſe non eſſe inquiſitos, nec ulla pœna damnatos: necnon à Communitate loci, ſe non eſſe illi debitores pro aliqua adminiſtratione geſta.

5 Ad ſacros promovendi doceant de titulo beneficii, vel ſaltem patrimonii, aut penſionis, ſi tamen id exigat neceſſitas, vel Eccleſiæ utilitas, juxta decretum S.C.Trid. *k* & mandatum glorioſ. record. Innocentii XI. Patrimonium hujuſmodi juxta taxam in Synodis Prædeceſſorū noſtrorum præſcriptā aſcendat ſaltem ad annuos ducatos viginti quinque tàm in Civitate, quàm in Diœceſi, deductis oneribus, & expenſis. Illud verò conſiſtat in bonis ſtabilibus (excluſis domibus) & per annum, priùs pacificè, & quietè ſint poſſeſſa. Subinde æſtimentur coram Parocho à peritis *l* per ſingulos Vicariatus deputandos. In cenſibus ſi ſit fundatum, non poſſint extingui, niſi depoſitis priùs in Curia noſtra Sortibus principalibus ad effectum reinveſtiendi.

6 Præmiſſis denunciationibus, Ordinandi debeant in Curia producere Parochi, & Ludimagiſtri atteſtationes: Subdiaconi verò etiam edictum defixum à valuis Eccleſiæ Parochialis, & publica dare documenta de Beneficio, patrimonio, aut penſione præfatis, & exempla Bullarum de ordinibus aliàs acceptis. Quibus exhibitis, debent primùm ipſi promovendi uti principales ſe examinare, ſe pacificè, & quietè poſſidere titulum, oſtendando poſſeſſionis captæ documentum: nullam in eo admiſiſſe fraudem, ac jurare *m* de illo non alienando, vel hypothecando abſque noſtra licentia, etiamſi aliud beneficium, vel patrimonium ſubrogaverint: & ſuper præmiſſis duos ſaltem teſtes inducere, qui ſint ordinis Eccleſiaſtici. Cura ſit Cancellarii noſtri perquirere gratis, an ipſi aliàs fuerint inquiſiti, vel contumaces, & fidem ex Archivio in proceſſu faciat. Proceſſum ſic inſtructum tradant Examinatoribus noſtris Synodalibus, qui in frontiſpitio referant omnia ſibi benè viſa in conſcientia: & nihilominus Vicarius pro tempore ſuum dabit votum.

7 Accedant poſtea ad examen, in quo examinentur omnes indifferenter ſuper fidei rudimentis, & qui prima initiantur tonſura, an ſciant legere, & ſcribere? Minores ordines ſuſcepturi an linguam intelligant latinam, ſuperque materia de petitis ordinibus? Ad ſacros verò promovendi, an benè explicent Sacrum Concilium Tridentinum, vel Catheчhiſmum, & in materia morali, de Sacramentis in genere, de Ordine in particulari, de Miſſæ ſacrificio, de horis Canonicis, & ſimilibus.

8 Inſuper ad ſacros ordines promovendi, debent antea per dies decem ſecedere in loco S. Mariæ ad Nives dicato propè Pagum Sancti

g Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 4. & littera Encyclica Papæ Innoc. XI. 5. Feb. 1678.

h Synod. Diœc. Epiſc. Maurelli de ordinat. §. doceant.

i Corrad. in prax. diſpenſ. libr. 4. c. 7. n. 1. Criſpin. de Sac. ordin. §. 9. fol. 104.

k Trid. ſeſſ. 21 de ref. cap. 2. & Sacr. Congreg. Conc. 13. Maii 1680.

l Synod. Diœc. Epiſc. Maurelli ſeſſ. 2. in tit. de Ordine, §. teſtes.

m Synodus Camerinen. Clementis X. p. 1. tit. 22. decret. 30.

Con-

Conſtantini à Nobis reſtauratum, ampliatum, & ſuppellectili inſtructũ, & ibi generali Confeſſione peracta juxta mentem glorioſæ record. Innocentii XI. ſub optimi Directoris diſciplina orationi, mortificationi, aliiſque ſpiritualibus exercitiis vacare, ut pravis moribus emendatis, & malis animi propenſionibus evulſis ad tam ſublimem Sacerdotii dignitatem provehantur, eademque valeant rectè defungi.

9 Nullus ab alieno Epiſcopo ſe promoveri faciat abſque literis dimiſſoriis noſtris, aliàs ſuſpenſionem incurrit vigore conſt. Pii II. incip. *Cum ex Sacrorum*, confirmari ſolitę in Regulis Cancellariæ, & nihilominus poſſit excõmunicari juxta formam Pontificalis Romani; & ſi prima tonſura initiatus fuerit nullo fruatur privilegio juxta diſp. Sac. Concil. Trid. *n* niſi à Nobis habilitatus fuerit; Eoque casù denuò proceſſus inſtruatur modo, & forma, quibus ſi à principio ordines à Nobis acciperet, factis priùs denunciationibus, & lectis ut ſupra impedimentis, & prævio *o* examine circa ſcientiam: dummodò ordines ab alieno Epiſcopo acceptos, ſi ſacri fuerint, non exercuerit. Hoc enim caſu, diſpenſatione Pontificis erit opus.

10 Ratione *p* originis paternæ nemo in poſterum à Nobis promoveri audeat, niſi habitis priùs dimiſſoriis ab Epiſcopo domicilii, vel ſaltem habita notitia circa cauſam, quare ab ipſo effugiat promotionem.

11 Ratione domicilii poterit quis ordinari, ſi Nobis conſtare fecerit per decennium sè in noſtra Diœceſi cum domo, & familia habitaſſe, nullaque habere bona in propria Patria: & tunc interpoſito decreto ſuper Civilitate, ac habitis notitiis neceſſariis ab Epiſcopo originis circa mores, ſi grandævæ fuerit ætatis, & alia concurrant requiſita ad ordines.

12 Si exterum ratione beneficii promoveri contingat in noſtra Diœceſi hęc à Nobis exiguntur. Primo beneficium debet eſſe collativum, non ex fundatione. Secundo ut ſaltem in fructu reddat annuos ducatos tredecim, modò reliquum ſuppleatur aliundè pro patrimonio. Tertio ſemper habeatur informatio ab Epiſcopo originis, vel domicilii. Et conſultius fiet, ſi oraculum præceſſerit Sacræ Congregationis.

13 Literas commendatitias Principum, *q* & aliorum ſimilium non procurent, qui ad primam tonſuram, vel ad ordines aſpirant; alioquin ex hoc ipſo penitùs excluſi habeantur. Idem faciant, qui pretendunt beneficia, Canonicatus, ac Dignitates; Ex hoc namque multa oriri ſolent abſurda.

14 Exteri, qui ex aliena Diœceſi ad Nos pro ordinum ſumptione ſe conferunt, deferant literas dimiſſorias proprii Epiſcopi, quę eſſe nõ debent ultra *r* duos menſes expeditę, & ad Nos tanquam ad certum Epiſcopum ſint directę, nec in albo *ſ* ſit deſcriptum nomen. Huic rigori non ſubjaceant Regulares, *t* qui in aliena Diœceſi ſint locales, & promoveri velint à Nobis: Satis enim eſt, ſuorum ſuperiorum exhibere literas dimiſſorias, in quibus declarent Epiſcopum Diœceſanum abeſſe ultra ſex menſes, nullo alio Antiſtite relicto pro celebranda ordinatione, vel non eſſe habiturum ordinationem, & tunc à Nobis quoad doctrinam examinentur. *u*

n *Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 30.*

o *Corrad. in prax. diſp. lib. 4. c. 5. num. 47.*

p *Gennen. in prax. c. 48. n. 4. & Griſpin. §. 3. num. 1.*

q *Gen. 5. cit. n. 2. & Corrad. d. lib. 4. cap. 5. n. 39. Griſpin. cit. num. 3.*

r *Synodus Licien. Epiſ. Pappecodæ in tit. de ordinat. & altera Bituntina Epiſc. Galli tit. 13. §. 12.*

ſ *Corrad. in prax. diſp. lib. 4. c. 6. nu. 20. & 21. & Synodus Lucana Card. Spinolæ c. 10. num. 12.*

t *Corrad. lib. 6. in appendice c. 4. ſub nu. 41.*

u *Sacr. Congr. Concilii penes Corrad. d. libr. 4. cap. 6. n. 17. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 12.*

15 Promoti abſque ſufficienti patrimonio noverint ſe eſſe ſuſpenſos; idcircò conſulant conſcientiis ſuis, & diſpenſationem obtineant ab Vrbe, ſaltem à ſacra Pœnitentiaria.

16 Curabit Actuarius pro tempore omnes proceſſus ſuper prima tonſura, & reliquis ordinibus gradatim coadunare, & aſſuere: & poſtquam deventum fuerit ad ordinem Presbyteratus reponere per ſingulos annos in repoſitorio, ſimulque colligare.

17 Cancellarius in annotandis nominibus ordinandorum, tàm à Nobis, quàm ab alieno Epiſcopo cum literis noſtris dimiſſoriis, nullum in regiſtro ſpatium album interponat, nè fortè ex hominum malitia tranſcribi poſſit nomen alicujus, ut aliàs accidiſſe aliis in locis compertum habemus. ¶ Vterque eorum nullas faciant fides negativas ordinum, Nobis inconſultis, nec faciles erimus in earum conceſſione abſq; oraculo Sacræ Congregationis.

De Matrimonii Sacramento. Cap. XI.

SAcramentum hoc, ut inquit *a* Apoſtolus, magnum eſt; propterea ità tractari debet, ut eos reddat ſãctos, qui fœdere matrimoniali junguntur. Parochi igitur invigilent, ut bene fiant matrimonia ſervatis ſer. & ad hunc effectum injungimus obſervantiam eorum, quæ in Rituali Romano habentur præſcripta, eaque perlegant, & perlecta ſervent ad unguem.

a Ephеſ. 5. in fine.

1 Vbi igitur Matrimonium de futuro, ſeù ſponſalia inter aliquos inita fuerint, expreſsè præcipimus, ut Parochus antè denunciationes exploret *b* in Eccleſia Sponſum, & Sponſam ubilibet. Neque id ſuperfluum videri debet: quippè qui ex abſurdis aliàs ſequutis edocti ſumus, alioſque juvenculos, & puellas contra propriam voluntatem matrimonia contraxiſſe extrinſecus, & in peccatis duxiſſe connubia. Prætereà habito priùs mutuo eorum conſenſu, hiſque interrogatis de impedimentis, quæ ipſos à matrimonio contrahendo prorſus detinerent, conſtito ei de legitima eorum ætate ad denunciationes procedat, nulloque alio impedimento detecto, eos in matrimonium conjungat.

2 Quod ſi ſponſi non eſſent ambo ejuſdem Parochiæ, ſed diverſarum in hac Diœceſi, tunc Parochus exploret conſenſum unius, alter alterius, ſervatis ut ſupra ſervandis. Pro his verò Sponſis, quorum alter non ſit Diœceſanus, ſufficiens erit ſola fides explorationis Sponſi noſtræ Diœceſis; qui ſi ſit contracturus in hac Diœceſi, haberi oportebit atteſtationem libertatis à proprio Ordinario exteri. Si extra noſtram Diœceſim contraxerit, tunc habita ſola fide explorationis, & denunciationum, fiet atteſtatio de ſtatu libero.

b Ritual. Rom. in rubr. de matrim. ſub initio & §. haſ autē, S. Carol. lib. 4. in tit. de Sponſ. & matr. c. 18. Synodus Rheginen. Archiepiſc. Ianuarii t. t. 23. §. 5. & in annot. ibi lit. H. & Synodus Tropeian. Epiſc. Figuerri tit. 15. n. 4.

3 Trinæ ſint denunciationes faciendæ in ſingulis Parœciis, ſi in ſingulis degant Sponſi, & in diebus ſolummodò *c* Dominicis, & feſtivis de præcepto, & inter ultimam denunciationem, & matrimonium duo ſal-

c Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 1. Zerola in prax. p. 1. v. matrimonium verſ. 4.

tem

tem, vel tres dies intercurrant. Et ſi opus fuerit in his ex aliqua cauſa diſpenſare, *d* capta informatione per Curiam ſuper cauſa, & impedimenti carentia, & atteſtationibus, ut ſupra habitis ſuper exploratione, & aliàs prænarratis, interponatur decretum pro illarum omiſſione, dummodò quæ poſtea deficiunt, ſuppleantur ad formam Sac. Concil. Trident. & Ritualis poſt matrimonium cōtractum, abſque eo, quod interim conſumetur, ſub pœna excommunicationis Nobis reſervatæ. In denunciationibus faciendis, hortamur Parochos, ut inſtruant populum de matrimonii impedimentis. Quod ſi infra duos menſes poſt factas publicationes matrimonium non fuerit contractum de præſenti, repetantur, niſi aliter Nobis viſum fuerit.

d Ricc. in prax in tract. de matrim. reſ. 236. Corrad. in prax. diſp. lib. 7. c. 7. n. 23. v. quinta cauſa, & Gavant. in man. v. matrimonii denunciationes num. 16.

4 Si quis matrimonii legitimè contrahendi impedimentum malitioſè *e* detulerit: vel etiam impedimentum latens minimè denunciaverit, ultrà pœnas à iure inflictas ipſo facto excommunicationem Nobis reſervatam incurrat. Hanc eamdem incurrant, qui Sponſos incantationibus, & veneficiis ligant, nè matrimoniale ſibi perſolvant debitum.

e Concil. Lateranen. 5. c. 51.

5. Ante matrimonium Sponſi inter ſe ſolos non converſentur, nec minùs carnalitèr ſe cognoſcant, ſub pœna rotulorum *f* viginti cæræ albæ applicandorum in uſus pios. Parochi id ſcientes, & non denunciantes, ſuſpenſionem à Divinis incurrant ipſo iure. Poſſint Sponſi invicem ſe inviſere bis, vel ter coram conſanguineis, habita prius licentia à Parocho.

f Synod. Diœc. Epiſc. Maurel. de matr. §. Sponſorum.

6 Ad matrimonium contrahendum in facie Eccleſiæ non admittātur, ſi mares ſint infra annos quatuordecim, & fœminæ infra duodecim; & hujuſmodi ætas eſſe debet *g* completa. In caſu verò quo malitia ſuppleat ætatem ſub eadem ſuſpenſionis pœna non audeant Parochi eos coniungere, etiam ſi agatur de paucis diebus, neque talis diſpenſatio fiat in hac Curia, ſed recurſus habeatur ad *h* Vrbem.

g cap. unic. de deſponſ. impub. in 6.

h Corrad. in prax. diſp. lib 4. c. 3. n. 6.

7 Hujus Sacramenti celebratio fiat de mane, orto jam Sole, *i* in Eccleſia Parochiali, coram proprio Parocho, ſive alio Sacerdote de ejus licentia; ſervatis omnibus ſervandis. Eademque die, ſi fieri poſſit, celebretur Sacrum de Sponſis, in quo Parochus illis benedictionem impartiatur. Quod ſi caſus ferat ut celebrari non poſſit in Eccleſia Parochiali matrimonium, tunc in viciniori Eccleſia fiat, habita priùs venia à Nobis. Curabit etiam Parochus, ut antè matrimonium Sponſi ſua fateantur peccata, & ſacra reficiantur communione, & inſtruantur de rebus ad fidem neceſſariis.

i Ritual. Roman. in rubr. de matr. §. matrimonium.

8 Temporibus prohibitis Adventus, & Quadrageſimæ non eſt juxta Rituale matrimonium prohibitum, niſi ſolemnitas nuptiarum, ſponſæ traductio, & nuptiale convivium.

9 Clandeſtina *k* matrimonia omninò prohibemus, quemadmodum ea matrimonia, quæ in *l* gradu prohibito inita fuerint; & utroque caſu tranſgreſſores vinculo excommunicationis reſervatæ ſint innodati, præter pœnas à jure ſtatutas.

k Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 1.

l Clem. eos de conſang. & affin. Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 1.

10 Ægyptii, ſeu Zingari, & qui nullibi certas habeat ſedes, vel qui-

quibus ſtatum liberum oſtendere difficilè foret,non poſſint matrimoniũ contrahere, niſi de licentia Congregationis Sanctæ Inquiſitionis de Vrbe cum onere ſubiacendi pœnis polygamiæ, ſi poſteà detectum fuerit habuiſſe alias uxores viventes.

11 Sponſalia *m* legitimè contracta abſque cauſa à Curia approbanda nullatenùs diſſolvantur,etiam ſi mutuò conſentiant Sponſi,ſed committatur facultas Parocho explorandi coram Teſtibus examinandis à Vicario loci. Vbi verò mutuo diſſenſu fuerint diſſoluta,noverint Sponſi exinde oriri impedimentũ publicæ honeſtatis, iuxta *n* declarationẽ S. C. C. à fel.rec.Alexandri VII.approbatam.

12 In examinandis teſtibus(quod fieri debet per *o* Cancellarios noſtros,& non committi) pro libertate Sponſorum, ſerventur ad unguem inſtructiones S.Officii ad calcem præſentis Synodi apponendæ. Si quis verò fuerit abſens à noſtra Diœceſi, vel per duos menſes, procuret nihilominus habere libertatis ſtatum ab Ordinario illius Diœceſis, in quo verſatus fuit.

m *Synod.Epiſc. Maurelli in inſtit.de matr. §. non diſſolvantur.*

n *lege P.Nicol. lib.1.Inſtit.civil.tit.10.n.54*

o *Synodus Camerinen.Card. Franzoni in append.tit.23. §.ſuper verò*

13 Atteſtatione libertatis opus non erit in caſu neceſſitatis, prout in mortis articulo,niſi in caſu quo alteruter Sponſorum convaluerit ex infirmitate, & ad Nos poſſet recurrere. Nec minùs quando exteri ab eorum infantia diſceſſerunt, vel in ætate non nubili, & contrahere vellent in loco, ubi continuò permanſerint. Benè tamen requiritur atteſtatio pro ſtatus libertate in cæteris caſibus,& in ſubſequẽtibus,e.g. pro his, qui per decem annos, & ultra domicilium acquiſierunt in loco, in quo ſint matrimonium contracturi:vel ubi mortuæ fuerint eorum Vxores, ubi iterum matrimonium contrahere cupiunt, juxtà *p* decretum S.Officii.

14 Contingere ſolet quandoque,ut *q* poſt contractum matrimoniũ legitimum detegatur impedimentum,puta conſanguinitatis, vel affinitatis, tunc Parochus nulla interpoſita mora,deferat ad Nos,ad effectum illos ſeparandi, donec & quouſque diſpenſationem à Sancta Sede Apoſtolica impetraverint.

15 Si fortè contigerit,quod matrimonia nulliter contracta, ſint denuò contrahenda vigore literarum Sacræ Pœnitentiariæ, neminem lateat in tali caſu opus non eſſe *r* præſentia Parochi,ac teſtium, & multò minus denunciationibus: benè tamen ſufficere,ut Conjuges de nullitate primi conſenſus ad invicem certiorati, liberè inter ſe ſoli in matrimonium conſentiant,vel per verba,vel per ſigna,vel per continuationẽ, & cohabitationem,vel per ſubſequentem copulam maritali affectu habitam.

p *Legito Corrad. in prax. diſp.lib.7.c.16 num.33.*

q *Synod.Diœc. Epiſc. Tuſc. c.24.ſol.67.*

r *Gavant. in prax.c.20.n.7. Corrad.in prax.diſp.lib.7.c.7 n.7. & P.Leo in prax.Pœnit. p.2.in formula de hac re.*

16 Decreta pro contrahendis matrimoniis à Curia noſtra expedita, Parochi vel in libris matrimoniorum,ubi ea notant,aſſuant, vel in peculiari libro connectant,ne deperdantur. Si *ſ* matrimonia diſpenſatione Apoſtolica fuerint contracta,in libris adnotentur, ut certa de omnibus ſemper ratio appareat, & dignoſcatur: & nihilominùs huiuſmodi decreta cum aliis ſerventur.

ſ *Synod. Spoletana Epiſc.Verſini de matr.§. ſi matrimonia, fol.75.at.*

SYNO-

SYNODI DIOECESANÆ MILITEN.

SESSIO SECUNDA.

De Vita, & Honeſtate Clericorum. Cap. I.

Nihil eſt, ut loquitur Sacr. *a* Concilium Tridentinum, quod aliàs magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum vita, & exemplum, qui ſe Divino miniſterio dedicarunt. Cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam in ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, & ex illis ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omninò Clericos in ſortem Domini vocatos vitam, moreſque ſuos omnes componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus nil niſi grave, moderatum, ac religione plenum præſeferant: levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima forent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.

1 Huic autem diſpoſitioni nos conformare volentes, ſtatuimus, quod habitus eſſe debeat *b* ſimplex, nigri coloris, & talaris, cum Cingulo, prçterquam in itinere, modò veſtis pertingat ad medium crus, & manicas non habeat apertas: habitum breviorem toleramus in *c* Clericis Cunjugatis. Comas non deferant, neque Crines, qui aures occultent. Tonſuram habeant in capite conſpicuam: Calceos, & Crepidas ad elegantiam non incidant, nec ſint alterius coloris, quam nigri, vel fuſci. Annulum *d* non deferant in digitis, niſi fuerint Doctores, Dignitates, vel Canonici, & in celebranda Miſſa omninò deponant ſub pœna ſuſpenſionis. Ludos itidem fugiant, tùm alearum, tùm taxillorum, & contravenientes luant pœnam ſex ducatorum, juxtà Synodalem *e* Conſtitutionem Prædeceſſoris noſtri. Alios ludos non interdicimus, ſed recreationis cauſa toleramus, modò ſint moderati, abſque ſcandalo, non in plateis, locis publicis, vel propè Eccleſiam. Fœminas *f* ſuſpectas, etiam vetulas non habeant domi, exceptis Conſanguineis in primo, & ſecundo gradu, ſub pœna ducatorum viginti. Officia ſæcularia non faciant, nec forenſibus vacent negotiis, niſi in caſibus jure permiſſis. Non *g* deſerviant alicui laico in domo, vel extrà, pro ejus negotiis peragendis. Non recitent in Comœdiis, vel Tragœdiis ſub pœna ducatorũ decem. A *h* noſtra Diœceſi non proficiſcantur, niſi cum licentia à Nobis impetrata, aliàs incurrant pœnam carceris formalis per ſex menſes. Noctis tempore non incedant, niſi cum luce, & veſte, & ex gravi cauſa. Abſque noſtræ Curiæ reſcripto criminalitèr non *i* accuſent, nec etiam pro damnis paſſis, ſine licentia Vicarii foranei gratis danda, & tunc pro

a *Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap. 1.*

b *S. Carolus p. 1. lib. 3. tit. 1. c. 7. & 8.*

c *Synod. Diœc. Epiſc. Maurelli in tit. de vit. & hon. Cleric. §. mandamus.*

d *Ita Sac. Rit. Congreg. penes Corrad. in prax. diſp. lib. 3. c. 6. n. 22.*

e *Synod. ſupra cit. Maurelli §. caveant.*

f *Eadem Synodus Maurelli §. Clerici.*

g *Text. in c. credo 21. quæſt. 3. in c. Sacerd. Diaz in pract. crim. canon. c. 57. v. Miniſtri Laicorum.*

h *Synodus cit. Maurelli, §. non diſcedant.*

i *P. Nicol. in floſc. v. Clericus n. 23.*

illa vice tantùm. Non K fidejubeant pro aliis ſub pœna ducatorum quinquaginta, niſi venia per Curiam obtenta, & dummodò integra remaneat portio patrimonii; Obligatio aliter facta nullius ſit momenti. Coram Iudice ſæculari non *l* teſtificentur, niſi in civilibus, & tunc de licentia noſtra, & viſis articulis, & præſtito juramento coram perſona Eccleſiaſtica.

K *cap.* 1. *de fidejuſſ. Synodus Coſentina Archiep. Maurelli c.* 11. *& Syn. Diœc. Maurelli* §. *non recipiantur.*

l *Nicol. ſupra cit. n.* 35.

2 Qui recedendo à reſolutionibus Sac. Congreg. Concilii, tutioris conſcientiæ gratia in fine hujus Synodi deſcriptis, illicitas exercent negotiationes, emendo, & vendendo, ultra mortale peccatum ſubiaceant noſtro arbitrio circa pœnam. Nec minùs exerceant artes viles, & ſordidas, neque venationem clamoroſam, nec artem medicinæ abſque indulto Apoſtolico, & tunc gratis medeantur. Rurale opus non exerceant, nec animalia ducant onerata. Ad extirpandum igitur abuſum aliàs inductum in paucis noſtræ Diœceſeos locis, quo mediante non vereantur etiam Sacerdotes pro mercede colere agros, metere, fodere, & alia ſervilia in fundis alienis exercere, omninò interdicimus ſub pœna excommunicationis, quam Nobis reſervamus.

3 Clericorum arma, cum eſſe debeant Orationes, & lachrymæ, ideò ad frænandam nimiam Eccleſiaſticorum licentiam, qui, ut experti ſumus, perpetrare ſolent omnia ferè delicta cum armis, præcipimus, ut nullo modo in poſterum arma quæcumque tàm ad offenſam, quàm ad defenſam deferant, præterquam cultellos ad domeſticum uſum accomodatos, non tamen cum acumine, vel maiores unius palmi. Si quis autem ſclopetos parvos, ſeù archibuſettos, vel terzonas, aut ſtylos deferat, ultrà excommunicationis ſententiam, Nobis reſervatam, teneatur ad pœnam ducatorum centum piis uſibus applicandam. Ferentes verò arma venatoria, ſeù enſes, pugiones, aut ſimilia, ſolvant dumtaxat juxtà Conſtitutionem Synodalem *m* noſtri Prædeceſſoris duc. viginti quinque. Hujuſmodi autem pœnam incutere eſt noſtræ mentis, non ſolùm ſi in flagranti fuerint deprehenſi, verum etiam in caſu, quo viſi *n* fuerint, & tàm ad partis inſtantiam, quam ex officio, & per inquiſitionem procedi poſſit: dummodò per Teſtes conteſtos, vel per Rei confeſſionem conſtiterit, & arma fuerint apta ad nocendum. Nomine autem armorum intelligantur, quæ ex communi uſu, & ſignificatione talia exiſtimantur, non autem lapides, fuſtes, cultri ordinarii, falces, ſecures, & alia ſimilia. Detentores verò domi armorum primi generis, quamvis aliena fuerint, pœnis afficiantur pro noſtro arbitratu.

m *Synod. Diœc. Epiſc. Maurelli ſup. cit.* §. *armorum.*

n *Abbas Iuſtinian. lib.* 3. *conſtit. tit.* 1. *cap.* 130. *n.* 8.

4 Bannitos non receptent, nec eorum ſint fautores, auxiliatores, aut victum, veſtitum, aut alia neceſſaria præbeant: Contrafacientes ſubjaceant pœnis, & cenſuris latis in Conſtitutione edita à Sixto V. *o* pro Regno Neapolitano 20. Maii 1589.

o *Synod. Camerinen. Papa Clementis X. p.* 2. *tit.* 1. *decr.* 12. *Quarant. in Bull. v. Bãnitorum fautores.*

5 Clerici in Minoribus, ſi habitum, & tonſuram non deferunt, nec Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, inſerviant ad præſcriptum Sac. Concilii *p* Tridentini, privilegio Clericali nullatenùs gaudeant, & à fortioribus Clerici Conjugati. Vt verò inexcuſabiles fiant, hac perpetuò valitura

p *Trid. ſeſſ.* 23. *de ref. c.* 6.

Con-

Conſtitutione diſtrictè præcipimus,hac unica pro trina monitione, ut in poſterùm ſervent aliàs circa hæc ſtatuta in ſupracitato Tridentino. Et ſi nihilominùs neglexerint id ſervare, & à Iudice ſæculari capti detineantur, noſtrum verſetur arbitrium prudentiale, an illos defendere velimus, juxtà aliàs reſoluta per Sacram *q* Congregationem Immunitatis.

q Vide Card. de Luca in tract. de Iuriſdict. diſc. 35. n. 5. Pignatell. to. 1. conſ. 46. in fin.

6 Præcipimus inſuper, ut bis in menſe, ac in ſolemnioribus feſtis Chriſti Domini, Virginiſque Deiparæ confiteantur, communicent verò in tertia Dominica, atque in eiſdem ſolemnitatibus. Quoque die feſto de Beata Virgine, ubi ſunt octo Clerici, nil minùs, officium alternè concinant; ad Doctrinam Chriſtianam conveniant, & ſolito ſigno vocati Sanctiſſimum Viaticum comitentur. Quàmobrem mandamus tabellam Sacerdotum, ac Clericorum omnium tàm præſentium, quàm abſentium in Sacriſtia à Nobis ſubſcriptam appendi.

7 Teneantur *r* Sacerdotes omnes cum ſuperpelliceo, & bireto in feſtis primæ Claſſis, in Hebdomada majori, tum octava Corporis Chriſti, in qualibet tertia Dominica, & proceſſionibus, Clerici verò in Dominicis, feſtiſque omnibus, unà cum feria per hebdomadam unicuique præſcripta, Eccleſiis Parochialibus ſervitium præſtare, ſub pęna unius caroleni pro qualibet vice ad pios uſus per Nos applicandi; Volumus autem ab inſervientibus Miſſæ ſervari inſtructionem additam in appendice.

r Prima noſtra Synodus in eodem tit.

8 Renunciantes tacitè, vel expreſsè Clericatui non poſſint reaſſumere veſtem ſub pœna nullitatis abſque noſtra licentia. Renunciatio Clericatus non fiat,niſi in Curia, & alitèr facta habeatur tanquam non eſſet. Qui habitum reaſſumere velint, docere *ſ* debent ſe non eſſe inquiſitos in Tribunalibus laicalibus, nec obligatos publicis ratiociniis, nec aliis canonicis impedimentis detentos.

ſ Synodus Biſuntina Epiſc. Galli p. 2. tit. 1 §. 17. & 18.

9 Clerici Conjugati gaudeant immunitatibus ad formam *Cap. un. de Cler. Conjug. in 6.* & Diaconi Sylvatici juxta decretum emanatum pro Regno Neapolitano iuſſu Papæ Gregorii XV. non admittantur ad ſervitium Eccleſiarum ſine literis patentibus;hæ autem non fiant,niſi de ſe ipſis bonum deferant teſtimoniũ à Parocho loci,& à Iudice laicali ſe non eſſe inquiſitos. Admiſſi verò ſingulis hebdomadis mundare tenentur per ſe ipſos Eccleſias, quibus ſunt addicti, ſub pœna amiſſionis Clericatus.

De Canonicis, & Dignitatibus .Cap. II.

CAnonici ità dicti à Canone *a*; quippè qui canonicas olim regulas cæteris arctiùs ſervare devovebant: & ex univerſo Clero ab Epiſcopo eligebantur Clerici ad Sanctorum vitam aſpirantes, ut ſecum viverent in clauſura, paupertate, & obedientia, atque etiam de communi menſa. Poſt temporum decurſum, more tam laudabili obſoleto, ſemper in honore habiti ſunt ab Epiſcopis, & fratres eorum dicti. De

a Barboſa de Can. & Dign. cap. 1. num. 1. & ſeqq.

his itaque fratribus noſtris hæc notanda, & decernenda duximus.

1 Decem, & octo ſunt in noſtra Cathedrali Dignitates, & Canonici. Dignitates ſunt quinque, videlicet, Archidiaconus obtinens primum locum poſt Pontificalem, quem gradatim ſequuntur Decanus, Cantor, Theſaurarius, & Archipresbyter, cui; eſt annexa cura Animarum. Canonici ſunt tredecim, primus poſt Archipresbyterum eſt Pœnitentiarius, & reliqui juxta antianitatem occupant locum in Capitulo, & Stallum in Choro. Ex his omnibus Dignitates, & quatuor Canonici ſunt præbendati. Inſerviunt Choro in cantandis Miſſis, & recitandis Horis hoc modo. Medietas Dignitatum, ac Canonicorum juxta ſchedam Cantoris, celebrat officium in una hebdomada, & altera medietas in ſequenti hebdomada, & ità ſucceſſivè per annum. Diebus verò Dominicis, & feſtivis, unà cum Veſperis primæ claſſis omnes inſervire tenentur. Et quidem per ſeipſos ſervire, non autem per alios, niſi ubi conſtiterit de legitima conſuetudine. Hujuſmodi autem ſervitium, tametſi non ſit ad formam Sacri Concilii Tridentini, toleratur tamen ob diſtributionum tenuitatem, donec aliter fuerit proviſum.

2 Præter horas Canonicas tenentur recitare, iuxta laudabilem conſuetudinem ſingulis diebus feriatis non impeditis feſto duplici, vel ſemiduplici officium Beatæ Mariæ Virginis: officium Defunctorum, ſingulis Kalendis *b* menſium: Pſalmos etiam Graduales in Quadrageſima qualibet feria quarta, & Pœnitentiales feria ſexta. Ad hæc omnia tenentur non ſolùm noſtræ Eccleſiæ Cathedralis Canonici, & Dignitates, ſed etiam reliqui Collegiatarum Pitii, Seminariæ, & Sinopolis.

b *Synodur* 1. *Diœceſ. Epiſc. Tuſi in tit. de Eccleſ. Cathed. cap.*12.*fol.*108

3 Cum ab immemorabili Theologalis præbenda cum ſuis cenſibus Archidiaconatui reperiatur annexa, in feriis tertia, & ſexta cujuslibet hebdomadæ, exceptis menſibus Iulii, Auguſti, & Septembris lectionem de morali per Rev. Archidiaconum haberi mandamus, eoque abſente, vel legere renuente, alterius lectionem *c*, qui vices ſuppleat, Nobis reſervamus.

c *Trid. ſeſſ.* 5. *cap.*1. *de reſcr.*

4 Miſſa Conventualis ſemper celebretur cum hac tamen differentia, ut feſtis ſolemnibus, ſi per Nos non dicatur, ſervetur turnus ad formam conſtitutionis Synodalis, ut in Synodo *d* Epiſcopi Panzani; ſic etiam in Dominicis, & feſtis, & ſemper cum Miniſtris. In aliis diebus ferialibus ſat erit cantari per Canonicos iuxta ordinem ſolitum, & abſque Miniſtris, exceptis feriis Quadrageſimæ, & Octavæ Corporis Chriſti. Miniſtros pro Subdiacono, & Diacono extra Capitulum toleramus ex defectu præbendarum Subdiaconalium, & Diaconalium. Qualibet tertia Dominica, ut moris eſt, canitur Miſſa de SS. Sacramento, quæ terminatur proceſſione per Eccleſiam. Miſſa Conventualis ſemper cantatur poſt peracta officia: ſic etiam quando duæ eſſent celebrandæ, prout in Vigiliis, vel etiam ſatisfaciendum eſſet Anniverſariis. Noverint Dignitates, & Canonici eſſe obligatos ad celebrandum Miſſas privatim pro onere Beneficiorum Capitulo unitorum in Altaribus ſolitis, iuxta tabellam.

d *Synod. Epiſc. Panzani cap.* 12.*fol.*17.

5 Tàm

5 Tàm Canonici, quàm Cappellani chorales ſciant teneri ſtricto jure ad cantũ *e* firmum, ſeù Gregorianum, Nos ideò terminum ſex menſium eiſdem ad illum ediſcendum præſcribimus, ſub pœna ſubtractionis fructuum. Deinceps verò in Canonicum electus examini de dicto cantu ſe ſubiiciat, cujus expers ad reſidentiam non admittatur.

6 In principio cujuslibet anni congregetur Capitulum in Sacriſtia pro eligendis punctatoribus à Nobis confirmandis, qui de benè, ac fideliter adminiſtrando ſuo munere jusjurandum præſtent, & pro deputandis Procuratoribus: necnon quoties opus fuerit pro emergentibus, & incidentibus, ab Archidiacono pro tempore: eoque abſente, vel impedito, ab aliis Dignitatibus ſecundum ordinem quorum intereſt, de gremio ipſius. Reſolutiones fiant per vota ſecreta, & à Secretario regiſtrentur in libro ad hoc deſtinato. In caſibus *f* infraſcriptis nullatenùs congregari volumus, niſi de licentia noſtra, videlicet, ubi agitur de alicujùs pecuniæ remiſſione, de alienationibus, & inveſtimentis, de novis ſtatutis inducendis, vel amovendis, & de aliis hujuſmodi.

7 Nullus eligi valeat ad *g* officium, niſi redditis rationibus, & ſoluto Reliquatu, ſi debitor fuerit ſignificatus. Syndicatores non poſſint ſe ſolis ſignificare adminiſtratores abſque noſtra participatione, & interventu juxta diſpoſitionem *h* Sac. Conc. Trid. Qui *i* in Capituli negotiis intereſſe habent, tales omninò à ſuffragio, & à Conventu in Capitulo ſe abſtineant: ſicuti etiam quando ageretur de negotiis ſuis, vel Conſanguineorum, vel Affinium uſque ad ſecundum gradum, prout de jure ſervetur.

8 Tres fieri jubemus libros in omnibus Capitulis tùm Cathedralis, tùm Collegiatarum, quatenùs non fuerint, vel etiam minùs antiqui, & hos infra anni curriculum. Primus ſit ille nuncupatus Inventarium k bonorum, ſeù magis communiter Platea, in quo deſcribantur omnia bona, cenſus, emphyteutici, & Bullales, jura, & actiones, fines, & confines, onera illis injuncta Miſſarum, Canonum, dotium, & ſimilia, & rogitus Notariorum; & de hoc in fine dabimus formam.

9 Alius ſit liber Capitulorum, in quo Secretarius curabit per ordinem annotare quolibet anno Officialium erectiones, fidei profeſſiones, quas emittet quilibet prouiſus, legatorum acceptationes, & omnia memorabilia, quæ in Capitulo, & per Capitulum fieri contingat.

10 Tertius liber erit Codex adminiſtrationis, ubi Procuratores tenentur reddere ſingulis annis rationes, quem librum ità concipiant, ut primum deſcribantur omnes debitores præteriti inexacti, poſtea debitores illius currentis anni, Canones, Cenſus, affictus bonorum, & redditus quilibet, & in fine anni notentur omnia debitorum nomina inexactorũ, ut per ſucceſſores exigi valeant. Primus liber platealis conficiatur quolibet vigeſimo quinto anno. Secundus, Capitulorum, poſt expletum præcedentem. Tertius denique ſingulis annis fiat, & omnes aſſerventur in Archivio Capituli cum quietantiis factis à Creditoribus.

11 Archivium Capituli cujuslibet claudatur tribus clavibus, qua-
rum

e Sacr. Congr. Concil. in una Tropein. 9. Maii 1620. Barboſ. de Canon. & Dign. c.13. Gav. in muner. Nicol. floſc. v. Canon.

f Abbas Iuſtinian. lib.2. Conſtit. tit.4. c.43. num.13.

g Nicol. lib.3. Canon. tit.35. num.7.

h Trid. ſeſſ.22. de ref. c.9. Gavan. in man. v. Locorum pio- rum cura nu. 22.

i Synodus Camerinen. Card. Franzoni p.2. in append. ad tit.4. §. leges.

k Synodus ſupcit. Camerinen. §. Camerarius.

rum unam teneat Archidiaconus; alteram Decanus, tertiam verò Canonicus quotannis eligendus in Capitulo, & in Collegiatis reſpectivè. Hi omnes teneantur facere inventarium ſcripturarum, vel per faſciculos cum ſuperſcriptionibus, & numeris abacalibus, vel per loculos, ſeù ſcanſias, ut citò reperiri poſſint abſque ſingularum ſcripturarum revolutione: hoc verò inventarium in principio cujuslibet anni fiat, & conſignetur ſucceſſoribus, ſi mutentur, vel ab iiſdem retineatur cum onere annotandi ſcripturas, quas in poſterum fieri opus erit.

12 Ab archivio non exſtrahantur ſigillum, neque ſcripturæ ullæ à quocunque, niſi de licentia noſtra, & cum recepta, ac onere, eas quam primùm reportandi. Nullæ *l* fiant literæ, nulla memorialia, nullæ atteſtationes, & hujuſmodi ſcripturæ, niſi in Capitulo formiter convocato: quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet; & contraveniens ſit ab officio, & beneficio ſuſpenſus. Qui abſtulerit ſcripturas quaſcumque, vel alias habitas non reddiderit, excommunicationem Nobis reſervatam incurrat ipſo jure, ut infra magis declarabitur.

l Gavant. in man. v. capitulum in addit. num. 2.

De Parochis. Cap. III.

SPeculatorem dedi tè Domui Iſrael, dixit Dominus Sacerdotibus, qui curam gerunt animarum, ut ipſi intelligant ad hoc fuiſſe Eccleſiæ Dei præpoſitos, ut non ſolùm ſibi bcnè vivant, ſed aliis. Quare de his hæc ſervanda proponimus.

1 Obſervent in primis *a* dicta in præſenti Synodo, quæ ipſos tangunt, & ad eorum pertinent officium. Celebrent *b* cunctis diebus Dominicis, & feſtivis duabus circiter horis poſt Solis ortum, & applicent pro populo ſibi commiſſo onera obligationum ſatisfaciendi legatis, vel antiquæ conſuetudini, ſi quæ ſit. Prædicent populo, *c* ut diximus ſupra, & publicent matrimonia, vota ordinandorum, vigilias, jejunia, monitoria, noſtra Edicta, & alia hujuſmodi.

2 Meminerint ſe debere eſſe ſemper paratos ad Sacramenta miniſtranda infirmis præcipuè, quos erga flagrent charitate non mediocri, eos brevibus, ac ſuavibus verbis alloquendo, necnon hortando ad vim ægritudinis patienter pro Chriſto Domino ſuſtinendam. Illos Sacramentis ſenſuum uſus non expertes muniant, & per interim tempus ad deſiderium vitæ æternæ, atque ſpem de Divina Miſericordia excitent, deinde ſtatas preces in commendatione Animæ recitent. Animarũ curam per ſe *d* ipſos exerceant, & extra Parochiam, neque per duos *e* quidem dies abſque noſtra licentia reſideant.

3 Novos *f* in ſua Parochia advenas obſervent Parochi quinam illi ſint? an hæretici, an ſecum ducant Mulieres, & Adoleſcentulos ſuſpectos? & de his omnibus quam primum certiores Nos reddant.

4 Singulis annis ante ſecundam Quadrageſimæ Dominicam, ſtatum conficiant animarum, ac præterea manibus ſuis confectum ad Nos illicò mittant indicem blaſphemantium, excommunicatorum, ſuperſtitione,

a Synod. prima Diœc. Epiſcopi Ruſi in tit. de Curtis cap. 1.
b Nicol. in append. ad Luca. tract. Canonicas fol. 364. col. 2. ubi affert reſolut. Sac. Cóg. & nuper fuit reſolutum in una Mileten. de qua in append. fol.
c Synodus cit. Tuſ. cap. 2. 8. & 14.
d Synodus cit. Tuſ. cap. 21. & 22.
e Nic. in floſc. v. Parochus n. 29. Gavant. in man. v. Parochus num. 29. & 39.
f Synodus Spolet. Ep. Vrſini in tit. de Parocho.

ne, magiciſque artibus utentium, concubinariorum, & concubinatus nomine ſuſpectorum, conjugum inter ſe diſiunctorum; dies feſtos violantium, uſuras exercentium, eorum, qui anno anteacto non communicarunt, Meretricum, ac Mulierum cauponis inſervientium.

5 In Sacroſancta Euchariſtia, ſacris Oleis, Corporalibus, Purificatorijs, Calicibus, Patenis, & aliis ejuſmodi ſacratis rebus aliquid incultum, ſordidùm, aut rei ſanctitate indignum nullo modo permittant.

6 Statuimus, ut quolibet anno Parochi legant populo Bullam in Cœna Domini vulgari ſermone, & decretum *g* S. Conc. Trid. cum edicto contra bonorum Eccleſiæ occupatores, eaque feria quinta in dicta Cœna Domini: Caſus verò, & cenſuras reſervatas, prima Dominica Quadrageſimæ. Edictum Sancti Officii prima Dominica Novembris.

7 Oblationes *h* Eccleſiis à Fidelibus collatas non audeant ſibi adſciſcere, ſed in ornatum cedant Eccleſiæ, Sacelli, vel Imaginis, quibus fiunt, juxta reſolutiones Sacræ Congregationis.

8 Benedictiones aquæ in qualibet Dominica, candelarum in die Purificationis Beatæ Virginis (ſervato uſu conſueto quo ad pondus) cinerum in prima die Quadrageſimæ, palmarum, & olivarum in earundē Dominica, ædium in Sabbato Sancto, Fontis baptiſmalis in eodem, ac in Sabbato Pentecoſtes, comeſtibilium in Paſchate, Sponſorum atque Puerperarum quoties opus fuerit, quæ ad Parochos tantum ſpectant, ſuperpelliceo, & ſtola induti non ſedentes, neque genuflexi, ſed ſtantes aperto capite peragant ipſi in Eccleſia, non domi, etiamſi puerpera ob ægritudinem nequeat illam adire; Ædes verò non benedicant, ubi aliquis excommunicatus habitat, quas meretrices, ac publici peccatores incolunt, aut quæ Aleis, ludiſque vetitis ſunt expoſitæ.

9 Non permittant, *i* quod extra ſuas Eccleſias Cappellani, & Sacerdotes quicunque Miſſas ſolemniter cantant, candelarum, cinerum, & palmarum benedictiones exerceant, officia, paſſiones in hebdomada Sancta cantent, functiones quaſcumque cum ſtola celebrent, vel etiam proceſſiones, niſi de licentia noſtra.

10 Parochos doctrina *k* ornatos eſſe oportet, ideòque (inſtar Apellis) dies ſine linea non tranſeat, quo per aliquid temporis ſpatium moralis theologiæ ſtudio non dent operam, ſingulis hebdomadis ſemel, nil minùs, Sacerdotibus convocatis de conſcientiæ caſibus diſputationes ineant, propoſitionibus per octo dies ante viciſſim enunciatis, per ipſos Parochos enucleandis, ac in libro deſcribendis.

11 Teneantur pariter habere penes ſe Sacrum Bibli[illegible] volumen, *l* Miſſale, Breviarium, Sacr. Conc. Trid. præſentem Synodum, Cathechiſmum, Doctrinam majuſculam Cardinalis Bellarmini, Antonium Poſſevinum de officio Curati, vel Auguſtinum Barboſam, opera Tamburini recens impreſſa, Gavantum, & aliquos ſermones prædicabiles.

12 Hos alios habeant manuſcriptos libros, *m* videlicet, Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Defunctorum, in quibus ſucceſſivè ad formam Ritualis adnotent adnotanda, non ſeorſim per alpha;

g *Synod. prim. Diœc. Ep. Tuſ. in tit. de Beneſ. cap. 10.*

h *Genu: n. in prax. c. 72. n. 3. Nicol. libr. 5. Can. 7. tit. 39. num. 181.*

i *Gaven. in man. 9. v. Confraternitas in addit. num. 3. Nicol. in floſc. v. eodem n. 19. & v. Parochus num. 23.*

k *Synodus Cuſentina Arch. Conſtantii fol. 41. at.*

l *Synod. prim. Diœc. Ep. Tuſ. in tit. de Beneſ. c. 5. Abbas Iuſtin. lib. 3. conſt tit. 1. cap. 196. fol. 483.*

m *Syn. Diœc. Epi. Maurelli in tit. de Parochis, §. invigilet.*

phabetum. Veteres tamen paginas ne deſpiciant, ſed redigant in libros, ac benè conglutinatos pergamenis operiant. Ex his non faciant fides *n* negativas, vel aliud teſtificationis genus. Pro fidibus, quæ nullo modo fiant extra Diœceſim abſque noſtra licentia ſub pœnis,&c. non exigant ultra carolenos quinque, & pro ordinibus ſuſcipiendis, & in cauſis immunitatis gratis eas faciant. Has omnes ſignare debent peculiari ſigillo cum imagine Sancti titularis propriæ Eccleſiæ,at ubi non exiſtat, confici curent infra annum.

13 Expedit, ut alium concinnent librum *o* memoriarum, in quo ſeriatim juxta contingentias cõſcribant cum datis,& rogitu Notariorum inſtrumenta venditionum, emptionum,affictuum,alienationum,reparationes notabiles Eccleſiarum, Iuriſpatronatus,Reſervationes,Cappellas erigendas, donationes, legata, fidei commiſſa eventura poſt obitum alicujus, ſepulturas novas, poſſeſſiones Cappellanorum, & alia hujuſmodi: Et de tempore Viſitationis exhibeatur hujuſmodi liber cum aliis jam dictis.

14 Omnia *p* edicta, quæ ab hac Curia emanant pro tempore, vel literæ noſtræ Paſtorales redigantur in librum,& aſſuantur ſimul:ſic etiam Indulgentiarum tranſumpta,Iubilæi, decreta viſitationum,& ſimilia.

15 Hæredes, *q* & ſucceſſores Parochorum, & Beneficiatorum ſub pœna excomunicationis conſignare teneantur Vicariis foraneis, vel ſucceſſoribus, inventaria, ſeù plateas,libros Parochiales,ſcripturas quaſcumque quomodolibet ſpectantes ad Eccleſias, vel Beneficia. Huic rei invigilent,quàm maxime Parochi: nam ex hujuſmodi negligentia multa bona deperdita conſpiciuntur.

16 Inventaria, *r* ſeù plateas reddituum ſuarum Eccleſiarum facere curabunt modo,& forma,quibus infra: necnon Cappellarum,Altarium, Confraternitatum,Hoſpitalium,Montium pietatis, & aliorum locorum piorum: quæ infra annum à præſentis Synodi publicatione, abſolvere debeant, & exemplum ad Nos mittere, ad effectum conficiendi ſtatum generalem, ſeù Inventarium omnium bonorum totius Diœceſis.Subindè vigeſimo quinto quoque anno innovare, & recognoſcere confinia bonorum Eccleſiæ ad vitandas occupationes. In omni Sacriſtia Eccleſiæ Parochialis fiat repoſitorium *ſ* cum ſua clavi, in qua ſervari poſſint omnes libri, & ſcripturæ recenſitæ.

17 Non negligant Parochi recuperare *t* res,& cenſus occupatos,& malè diſtractos à ſuis prædeceſſoribus abſque licentia legitima, nec minùs eoſdem in deterius abire, ut experientia docet, percipientes redditus, & minime curantes reparare domos, novas plantare arbores, ſepibus circundare, ſervitutes non repellere, & omnia alia facere ad inſtar patris familias:ſi enim in hoc conniueãt,non effugient Divinum iudiciũ.

n Syno.Sublacen.Cardinalis Barberini cap. 7.n.10.Gavan in man.v. Parochorum munera num. 44.

o Archiepiſco. Conſtant. de off.Curat. p.5. c.6. Barboſ. de off.Paroch.p.1 c.7.num.22.v. prater.

p Synod. Spolet.Ep. Vrſini, fol.135.Synod. Cuſentina Archi epiſ.Maurelli c.4.v.edicta Zeroli in prax.v. Paroc. verſ.Ad tertiũ.

q Synod.prim. Diœc. Ep.Tuſi in tit.5.cit.c.6. fol.135.

r Syno.cit.Ep. Tuſi in eodem tit.c.1.

ſ Synod. Sublacen. Cardin. Barberini fol. 188. & conſtant.p.3.tit.4. c.1.in fine.

t Eadem Syn. pr.ecitat.i Tuſi c.2.& 7.

De

De Vicariis Foraneis. Cap. IV.

OCuli Epiſcopi, ubi ipſe ob locorum diſtantiam cernere non poteſt, ſanè dici poſſūt Vicarii foranei: ideò ad illos pertinet certiores nos reddere de omnibus exceſſibus Clericorum, deque illis diligentem capere informationem, & ſigillo vallatam ad Nos mittere, eaque contineat folia conſuta, & per numeros notata; & ſi diſparia ſint in parte ſuperiori, coæquentur.

1 Quàm ſtudiosè inquirant ſuper inobſervantia decretorum hujus Synodi, peculiariter verò an Parochi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum debito decore aſſervent, & adminiſtrent? an fungantur ſuo munere erga infirmos? an & quomodo concionentur, doctrinam Chriſtianam doceant, ac moralis Theologiæ diſputationes agant, eorum vitam, & mores diligenter explorantes; an Sacerdotes, vel Clerici incedant ſine habitu, ſeù de nocte, aut cum armis, an domi fœminas ſuſpectas habeant, vetitis ludis ſe dent, vel ab hac Diœceſi ſine licentia diſcedant: an præceptores abſque hujus Curiæ facultate ludum aperiant? an Medici ad ægrotos inconfeſſos ultra tres dies accedant? & an eleemoſynarum quæſtores ſinè permiſſu vagentur?

2 In capiendis verò informationibus, quia experientia Nos docuit non fuiſſe hucuſque benè inſtructas maximè ex defectu probationis corporis delicti, quando id poſt ſe relinquat veſtigium, & ob varia interrogatoria ſuggeſtiva, quæ teſtibus fieri contingunt; idcircò inſtructionem obſervent, quam dabimus in fine præſentis Synodi. Non negligant de omnibus delictis, etiam minimis Nos certiorare, non tamen de a levibus informationes capere. Vbi verò eas capi oportebit, non moveantur humanis reſpectibus, ut plerumque accidit, ſed teſtes fideliter examinent, eorumque dicta eadem fidelitate deſcribant. Quod ſi in his deliquerint, ſeveriſſimam ſentient pœnam, & à fortiori, ſi occupaverint Informationes.

a *Nicol. in floſ. v. Iudex n. 7.*

3 Infra dies quindecim b ad ſummum tranſmittant informationes: & quantocyùs, ſi delicta ſint graviora, vel immunitatis, aut libertatis Eccleſiaſticæ, vel ſint caſus, qui celerem exigant proviſionem, arbitrio boni viri; Eiſque ſit permiſſum carcerare c graves delinquentes, vel de fuga ſuſpectos, ſi careant idoneis fidejuſſoribus. Hortantes omnes Sacerdotes etiam Curatos, & Clericos, ut in his quæ ad ſuum ſpectant officium, præſto ſint in auxilium, & ad nutum obediant: Omnia tamen fiant cum diſcretione, & prudentia. Abſtineant ab extorſionibus, & pro juribus ſuis ſervent taxam, ut in calce Synodi.

b *Synodus tert. Diœc. Ep. Tuſi in tit. de Vicariis foran. & alludit Synod. Epiſcopi Maurelli.*

c *Abbas Iuſtin. lib. 3. conſt. tit. 1. c. 197. n. 21.*

4 Certiores nos reddant de beneficiis pro tempore vacantibus, tùm Curatis, tùm ſimplicibus; De Parochis non reſidentibus, & de laicis incedentibus in habitu Eremitico, abſque noſtra licentia. Regulares d ſuſpectos, ſi per loca diſcurrant ſinè literis ſcriptis ſuorum Superiorum, capiant, & ad Nos mittant.

d *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 4.*

5 Eiſdem concedimus facultatem cognoſcendi, & judicandi in cauſis modicis, non ultrà ſummam ducatorum trium juxta conſuetudinem in noſtra Diœceſi receptam, ſuffragantibus etiam reſolutionibus *e* Sacræ Congregationis. Frequenter deputantur à Nobis pro viſione computorum pro locis piis, eaque non diſpungant, niſi coram *f* Parocho, & Adminiſtratoribus modernis, & copiam literarum ſignificatoriarum ad Nos mittant pro indemnitate piorum locorum. Hoc idem faciant in *g* tranſmittendis actis originalibus pro reliquis cauſis, tùm commiſſis, tùm ad ſe ſpectantibus, ad effectum ut conſerventur in Archivio pro bono publico.

6 Ad eos attinet *h* exigere jura noſtræ Menſæ, veluti quartas mortuorum, procurationem, triennnium, redditus granettariæ, & reliqua juxta ſolitum: & debitores renitentes cumpellere remediis opportunis uſque ad integralem, & effectualem ſolutionem, ne ullum gignatur præjudicium dictæ menſæ; & ſi In hoc fuerint negligentes, ſuſpeuſionē à Divinis incurrant. In formandis verò taxis ſpoliorum, viſitationum, & aliorum jurium, convocetur Clerus Vicariatus, & ab eo deputentur perſonæ nemini ſuſpectæ. Invigilent etiam ſuper legatis piis, & ad Nos mittant literas informativas, ut ſuam poſſint ſortiri exequutionem.

7 Nullam hebeant præcedentiam *i* ſuper Parochos, & alios Sacerdotes ipſis antiquiores, præterquam in Congregationibus, quas iidemmet fecerint juxta reſolutiones Sac. Congreg. Tenentur *k* quemadmodum Parochi, Curſoribus noſtris per Diœceſim diſcurrentibus miniſtrare lumen, & cubile, nihilque aliud. Ipſi ſoli dare valeant, & gratis, licentias in ſcriptis, neceſſitate cognita, pro faciendis operibus ſervilibus diebus feſtis in locis vicinis, & exigere mulctas noſtro Seminario applicandas, ut ſuo loco dicemus in capite de feſtorum obſervantia.

e *Nico. in floſc. v. Vicarius foraneus nu.* 85.
f *Synod. Diœc. Epiſ. Maurelli in tit. de Vic. foran. §. ſi fuerint.*
g *Synodus Camerinen. Card. Franzonis in append. §. act.*
h *Synod. ſupr. cit. Maurelli, §. cum ex negligentia.*
i *Gavan. in man. v. Vicar. foraneus nu.* 5. *&* 6.
K *Nicol. ſupr. cit. num.* 84.

De Adminiſtratoribus piorum locorum. Cap. V.

Nihil magis deſtruit Eccleſias, & loca pia, quam mala eorum, qui præſunt, adminiſtratio, & neglectus redditionis rationum, uti experti ſumus.

1 Ideò qui ad hoc munus deputantur, eligi debent, vel à Nobis, *a* vel ab his quorum intereſt per vota, per Nos ſemper approbandi, & ſint vitæ probatæ, diligentes, verſati, non debitores, vel qui aliàs malè adminiſtrarunt, aut qui de præterita adminiſtratione rationes non reddiderunt, vel qui cauſam habent cum Eccleſiis, & locis piis; aliàs qui contrafecerit, ultra mortale, onus reſtituendi coram Deo non effugiet circa damna ſequuta ex mala adminiſtratione.

2 Adminiſtratores ſingulis *b* annis in principio cujuslibet anni eligantur, & antequam adminiſtrent, præſtent juramentum *c* de benè, fideliter, & gratis adminiſtrando, niſi à Nobis ratione laboris ſtipendium aliquid fuerit aſſignatum, & curent ab anteceſſoribus libros, ſeù plateas, ſcripturas, cæteraque mobilia prævio *d* inventario ſibi conſignari. Anno ad-

a *Synod. tert. Diœc. Ep. Tuſi in tit. de excom fol.* 67. *Abbas Iuſtin. libr.* 2. *conſt. tit.* 3. *c.* 3. *num.* 3.
b *Synod. Diœc. Epiſ. Maurelli in tit. de Proc. Abbas Iuſtin. ſup. cit. num.* 4.
c *Synod. prim. Diœc. Epiſcopi Tuſi in tit. de Confrat. c.* 19.
d *Synod. prim. Diœc. Epiſcopi Panzani c.* 18. *§. ſcripturas*

adminiſtrationis expleto ; deponant officium, conſignando ſucceſſoribus, quæ aliàs ſibi fuere conſignata medio inventario,& quam celeriter reddant rationes coram Nobis, vel noſtro Vicario in actu Sanctæ Viſitationis, vel etiam coram Vicario foraneo, aut aliis deputatis, cum interventu Parochi, & quorum intereſt. Si ultra ſemeſtre neglexerint rationes reddere, quicumque illi ſint, gladio excommunicationis Nobis reſervatæ feriantur. Vbi fiat appellatio à redditione rationum, non *e* admittatur. & admiſſa non retardet executionem.

3 Redditio rationum non eſt facienda cum annotatione datorum, & acceptorum in foliis *f* ſeù pagellis volantibus, ſed in libro magiſtro, in quo ſucceſſivè deſcribantur partitæ cum data diei, & cum cauſa, ob quã fuerunt exactæ, vel expenſæ, quibus, vel à quibus, cum earum juſtificationibus. Computiſtæ, ſeù Rationales, antequam rationes diſpungant, exigant ab Adminiſtratoribus juramentum *g* de habendo pro veris omnes partitas in libro deſcriptas ſub pœna falſi. Reſervantes itidem Nobis facultatem pluries in annum reviſendi rationes adminiſtrationis, cõſtito *h* tamen prius de dolo vel errore: vel etiam adjungendi *i* alios Adminiſtratores priùs electis.

4 Liber hujuſmodi adminiſtrationis habere debet in principio deſcriptos omnes redditus provenientes, ſivè ex bonis immobilibus, ſivè cenſibus, ſivè animalibus. Necnon onera, & debita annua, ad quæ tenentur loca pia. Poſtmodùm annotentur omnia inſtrumenta, & ſcripturæ pertinentes ad Eccleſias. In eodem libro ſinguli Procuratores ſcribant ſolùm data, & accepta, & poſt illa, ſummas reliquatas, ſeù reſidua debitorum non exacta. Et in hoc libro relaxentur literæ ſignificatoriales poſt completam adminiſtrationem.

5 Nullas expenſas faciant, præter *k* conſuetas, nempè in fabrica, in emptione rerum magni pretii, in litibus, vel compoſitionibus pro cenſuum diminutione, in Miſſarum celebratione ultra numerum conſuetũ, & in aliis ſimilibus; ſi autem contravenerint, non bonificentur in computis tales expenſæ. Eiſdem inſuper prohibentes ſub excommunicationis pœna, perpetua Miſſarum onera acceptare abſque noſtra licentia juxta decretum Vrbani VIII.

6 Sortes capitales, & pecuniæ quæcumque, quæ implicandæ veniunt in emptionem bonorum, vel cenſuum, nullatenùs expendantur, vel dividantur, vel mutuæ dentur, vel oppignerentur cum aliis monetis, ſed intactæ permaneant, vel in arca cum tribus clavibus, aut penes perſonam tutam Eccleſiaſticam, ac facultatibus idoneam, in cujus defectu ponantur in Monte hujus Civitatis, quoùſque non fuerint inveſtitæ. Si quis tenorem præſentis conſtitutionis tranſgreſſus fuerit, vinculo excõmunicationis ſit innodatus. De cæteris autem pecuniis, quæ pro uſu habentur locorum piorum, eandem incurrat pœnam, ſi in alium uſum applicentur.

7 Inveſtimenta *l* non fiant in poſterùm abſque noſtræ Curiæ cognitione, & ſervatis ſervandis, videlicet. Primò detur memoriale per Admi-

e *Abbas Juſtin. ſupr. cit. n. 15.*

f *Nicol. libr. 3. Canon. tit. 26. num. 7.*

g *Synod. Sublacen. Cardin. Barberini cap. 35. num. 19.*

h *Gavant. in man. v. loccorũ piorum cura num. 24.*

i *Sac. Congreg. Epiſcoporum in una Cuſentina 2. Iulii 1677.*

K *Synod. prae. Maurelli Ep. §. non fiunt.*

l *Synod. præcit. Epiſc. Maurellii in d. tit. de adminiſtrat. §. ſub eadem pœna.*

miniſtratores, vel quorum intereſt, non autem per partes, quæ volunt pecunias. Secundò fiat relatio iurata, & ſub pœna falſi ab Adminiſtratoribus, & convocatis convocandis, quod bona, quæ emi debent, vel cenſui ſupponi, ſint vera, realia, frugifera, nemini hypothecata, vel oneri, aut fideicommiſſo ſubiecta: & quatenùs fuerint, narrentur ad unguem, & explicentur bona, & redditus annui in particulari, non verò in genere. Tertiò interponatur decretum per Curiam, & inſeratur in Inſtrumentis per Notarium.

8 Sciant Adminiſtratores *m* sè irretiri cenſuris, & pœnis in Bulla *n* Cœnæ Domini, & in Sac. *o* Conc. Trid. contentis, ſi occaſione adminiſtrationis occupare præſumpſerint bona, iura, cenſus, fructus, æmolumenta, obventiones, libros, ac ſcripturas quaſcumque, vel cenſus diminuere, aut ſervitutes imponere: Clerici verò hujuſmodi uſurpationibus, & fraudibus conſentientes, ultra prænarratas pœnas, priventur beneficiis. Quod ſi ſciant alios fuiſſe uſurpatores, illicitos detentores, necnon arborum inciſores, teneantur Nobis quam primum denunciare ſub pœna excommunicationis.

m Synod. Sublacen. Cardin. Barberini cap. 29. num. 13.
n Bulla Cœnæ Domini c. 17.
o Trid. ſeſſ. 22. de ref. cap. 2.

9 Experientia comprobatum eſt nonnullos adminiſtratores feciſſe mercaturas in ſuis adminiſtrationibus, excomputando debita, & credita propria cum creditoribus, & debitoribus reſpectivè locorum piorum, extorquendo ab illis receputas de pecuniis, quas aliàs non ſolverant, ut partitæ ſibi in redditione rationum bonificarentur: res inſuper Eccleſiarum quanti minimi accipientes, & quanti maximi in proprium commodum vendentes: mercedes operariis ſolvunt, dando merces in ſolutum ſummo prætio, quas illi ob eorum miſeriam vendunt minimi, & ſexcentas alias fraudes (ab iiſdem nuncupata arbitria) committunt. Ad quas evitandas diſtrictè præcipimus, ut deinceps ab illis ſe abſtineant, & in computis Rationales arbitrentur, quod æquum, & juſtum fuerit.

10 Vt benè adminiſtrentur Montes pii hujus Civitatis, & Diœceſis, curent primò Adminiſtratores, & qui præſunt, exigere ab his, qui debent, & renitentes cogere via juris in hac Curia. Secundò non mutuent plùs ſex ducatis. Tertiò mutuum fiat cum pignore auri, vel argenti, æris, vel telarum, quod duplò *p* valeat, expreſsè prohibentes arma, & veſtes panneas, vel laneas accipere. Quarto expleto anno, & requiſitis debitoribus pignora ſtatim vendantur. Quintò ſit illis vetitum ſub pœna *q* excommunicationis reſervatæ accipere pecunias Montis pro uſibus ſuis.

p Abb. Iuſtin. lib. 2. conſt. tit. 3. cap. 48. §. 52. num. 11.
q Idem Abbas Inſ. in. nu. 18.

11 Pro meliori regimine Hoſpitalium noſtræ Diœceſis, hæc decernimus ab omnibus ſervanda. Primò teneatur Cappellanus per Nos approbandus, quotidiè, Gubernator verò ubi adeſt, bis in hebdomada viſitare infirmos. Secundò Infirmi non recipiantur abſque cartula à Medico, & Gubernatore firmata; in libro autem notetur adventus, & diſceſſus illorum; Cappellanus verò curet, ut infra tres ſaltem dies confiteantur peccata. Tertiò expenſæ pro infirmis fiant juxta eorundem indigentiam ab Hoſpitalario, Cappellani judicio, quæ quotidiè deſcribantur

tur

tur in libro, & in fine cujuſcunque hebdomadæ à dicto Cappellano, & à Gubernatore ſubſcribantur. Quartò, Nullæ per Gubernatorem fiant expenſæ pro hoſpitali, ejuſdemque bonis, nobis inconſultis. Quintò, Pro ſolis infirmis in hoſpitali fiant à Medico ſchedulæ medicinarum, & à Cappellano ſignentur. Sexto, Singulis annis conficiatur inventarium rerum mobilium, quod hoſpitalario pro tempore detur; res verò per ipſum benè, ac tutò ſerventur. Septimo, In feſto Sancti Titularis ſumptus ducatorum ſex tantum permittitur, aliter teneatur Gubernator de proprio. Octavo, Affictus olivarum, & molendinorum fiant præviis bannis ad extinctum candelæ, plus offerenti: ſingulis verò menſibus vendatur frumentum cum atteſtationibus juratis emptorum circa eorum prætium. Nono, Nullus ſub pœna excommunicationis occaſione refugii in Hoſpitalibus admittatur quacunque de cauſa.

De Monialibus. Cap.VI.

DE Sanctimonialibus, quia Sponſæ ſunt Chriſti, & in perpetua *a* vivunt clauſura, præcipua cura Nobis habenda erit, & ideò hæc decernimus.

1 Non admittantur puellæ antè ſeptennium: nec retineantur poſt *b* vigeſimum quintum annum. Et non aliter admittantur, niſi prævia *a* facultate Sacræ Congregationis, & per ſecreta ſuffragia Monialium in Capitulo, quorum ſit major pars, & receptæ non dimittantur abſque *c* noſtra licentia. Quolibet ſemeſtri anticipatè perſolvant præſcripta alimenta, modeſto veſtitu incedant, & ſeorſim habitent à Monialibus, ſub directione unius Magiſtræ.

2 Puellæ pro Novitiis ad habitum minimè admittantur, niſi depoſita prius dote juxta morē Monaſterii in pecuniis *b* penes perſonam tutam, Eccleſiaſticam, à Nobis approbandam, cum obligatione de ſolvendo ſtatim profeſſione ſecuta: quàm omninò emittere debebunt poſt annum probationis, alias licentientur. Immobilia pro dote aſſignari vetamus, niſi habito beneplacito Sacræ Congregationis Epiſcoporum.

3 Pro *c* ingreſſu nihil ſolvant, præter victum, & veſtitum: interim novitiatu durante quodlibet antè ſemeſtre victum perſolvant. Explorari etiam debet earum voluntas ad Cratem Confeſſionalem à perſona ætate provecta per Nos deputanda, tam ante novitiatum, quàm ante profeſſionem, juxta decreta Sacri *d* Concilii Tridentini, & ad formam inſtructionum, quas in calce hujus Synodi notabimus. Profeſſio autem facta *e* ante ſexdecim annos completos non valet; eaque fieri debet poſt conſenſum à Monialibus habitum per Capitulum. Quæ verò pro Converſis ingrediuntur, profeſſionem omninò faciant; alias ipſæ, & Abbatiſſa pœnis fractæ clauſuræ ſubiiciantur.

4 Porta *f* clauſuræ Monaſterii nunquam aperiatur pro quacumque viſitatione, etiam Matrum, vel Sororum, ſed ſolum ad Cratem fiat alloquutio; ſi autem opus ſit aperiri pro introducendis perſonis, vel re-

bus

a *Nico. in floſc. v. Educandæ num. 4. & 6.*
b *Idem Nicol. in floſc. v. Dos num. 8.*
c *Synod. Diæc. primi Epiſcopi Tuſi in tit. de Novitiis c. 8. fol. 174. Gav. in man. v. monialium numerus, in addit. num. 2.*
d *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 16. & 17.*
e *Trid. d. ſeſſ. 25. c. 15.*
f *Sac. Congreg. Ep. 1793. Como. 16. Mar. 118. 1494. Città di Caſtello 10. Ianua. 10. 1650. Recanati 15. Iulii 50. apud Nicol. in floſ. Porta n. 7. S. C. E. 1604. Parma 16. Ia. 9. Nic. in floſc. v. clauſurar. 4.*

bus neceſſariis, quas rota non capiat, volumus hoc fieri tali pacto, ut nulla inde Monialium aſpici, aut aſpicere poſſit.

5 Confeſſarius *g* non ingrediatur clauſtra, niſi ad Sacramenta miniſtranda, vel ad Moniales in extremo vitę ſpiritu roborandas; & tunc non aliter, niſi cum ſuperpelliceo, & ſtola, nec poſſit vagari ad alias partes Monaſterii.

6 Medicus, *h* & Tonſor ingredi valeant, prævia noſtra (vel à Nobis deputandi) licentia in ſcriptis, quos comitari debent duæ ſeniores ad locum deſtinatum. Alios verò operarios ſaltem una ex antiquioribus comitetur: progredientem qualemcumque per clauſtra ſonitus tintinnabuli præcedat, ut Moniales ad ſua quæque loca ſe recipiant.

7 Nemo *i* virilis ſexus accedat ad Monaſteria Monialium, Moniales alloquatur, vel Converſas, vel Educandas, ſivè oretenus, ſivè in ſcriptis, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, exceptis conjunctis in primo gradu, ſub pœna excommunicationis reſervatæ, à qua non eximuntur Clerici, neque Regulares K: qui etiam ſubiiciuntur pœnis privationis officiorum, vocis activæ, & paſſivæ, à quibus abſolvi non poſſunt, niſi à Papa, vel à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, ut ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii approbante Clemenre IX. Fœminis verò conſanguineis concedimus acceſſum, & allocutionem ad Cratem extra tempus Adventus, ac Quadrageſimæ, neque in diebus feſtis, vel Vigiliis.

8 Licentiæ *l*, quæ datur ad colloquendum cum Monialibus, ſemper intelligatur, de rebus licitis, & honeſtis, & pro colloquutoriis ad cratem. Pari modo facultates de abſolvendo cõtraventores, intelligantur de his, qui alloquuti ſunt cum Monialibus de rebus licitis abſque noſtra licentia: de rebus verò inhoneſtis nullo modo valeant, niſi veritate expreſſa.

9 Nullo pacto *m* intra Sacrarũ Virginum Clauſtra, ullius extrà illa degentis perſonæ, pecuniæ, gemmæ, vel cujuſcumque generis bona mobilia cuſtodienda, aut depoſiti prætextu recipiantur abſque licentia manu noſtra firmata ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ tàm Abbatiſſæ, quàm Ianitrici.

10 Eiſdem etiam ſub eadem excommunicationis pœna interdicimus *n* ingreſſum dare Pueris, & Puellis in quacunque minima ætate conſtitutis, quam pœnam pariter declaramus contra talem ingreſſum permittentes; & auxilium, vel conſilium præſtantes.

11 Cappellani, & quicumque Sacerdotes ſub pœna ſuſpenſionis non *o* poſſint in Monialium Eccleſiis celebrare abſque noſtra licentia. Confeſſarii, *p* Cappellani, & Procuratores de triennio in triennium mutentur: Procuratores verò *q* quolibet anno reddant rationes.

12 Moniales communi victu, eademq; menſa vitam *r* agant, cui ad ſonum campanulæ omnes conveniant, ac per ordinem diſcumbant, nec liceat alicui ſeorſim, præterquam conſcia Abbatiſſa, infirmitatis cauſa com-

g *Synodus Lucana Cardin. Spinulæ p.3.c.9.n.3.*

h *Synodus præcitati Epiſcopi Tuſi in tit. de Clauſura c.9.*

i *Synod. ſup. cit. Epiſc. Tuſi in d. tit. de Clauſura c.2. Synodus Epiſc. Centini p.3.c.22.§. Moniales, Synod. 1 Epiſc. Panzani c.17. & Synod. Epiſc. Maurelli in tit. de Monialibus.*

k *Synodus Rheginen. Archiep. Ianuar. tit. 14. §.4. P. Lantuſca v. Alloquutio n.6. & Nicol. in floſc. lib. 3. can. tit. 28. n. 3. verſ. Nam.*

l *Synod. Cuſentina Archiep. Maurelli c.15 v. Licentię, fol. 35.*

m *Gavant. in Enchyrid. verb. Monialium communes leges n. 21. Pelliz. de Monialibus c. 4. n. 5.*

n *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c.5. S.C. Epiſc. in una Clem. 12. Februar. 1585 Barb. in collec. Bullar. v. Monialium clauſura n.1.*

o *Synod. Epiſcopi Panzani c.17. v. Nullus.* p *Nicol. in floſc. v. Officiales n.11.* q *Synod. Rhegin. Archiep. Ianuarii tit. 14. c. 26.* r *Synod. 1. Epiſc. Tuſi in tit. de vita commune, c.1. fol. 138.*

comedere. Prandium, & cena condiantur lectione ſacra, quæ ſemel ſaltem in qualibet hebdomada ſit ex regula. Habeant dormitorium commune, unica claui per Abbatiſſam claudendum, ſimul tamen non dormiant, neque cubitum eant, niſi ſtata hora cum campanula.

13 Catellos ſ nullo modo detineant iuxta decretum generale Sacræ Congregationis. Gallinas per dormitorium diſcurrere non permittant, ne ſordibus contaminetur. Libros profanos nullatenùs habeant, non atramentum, nec calamum, aut papyrum: ſed ubi opus erit, ea petant ab Abbatiſſa; Alium non deferant annulum, niſi parvulum illum, & purum in profeſſione receptum, in quo Sanctiſſimum Ieſu nomen ſit inſculptum. Veſtitus ſit ſimplex, & modeſtus, abſque ſerico: careant ſpeculo, fucis, odoribus, & ſimilibus.

14 Cibum t non parent externis, exceptis cibis minimi momenti pro infirmis, nec pecunias mutuent, vel cum pignore tradant: nihil donent ſub pœnis in conſtitutione Clementis Octaui contentis: nihilque habeant proprium, non erogent pecunias pro Miſſis celebrari faciendis tàm in u vita, quàm in x morte, neque y eleemoſynas faciant, accuratè ſervantes omnia, & ſingula, quæ in ordinationibus citatis ſuper num.4. Sac.Congr.Epiſc.ſtatuit, nempè, quod Presbyteris, & Confeſſariis ab Abbatiſſis ſtatuatur æqua, & idonea eleemoſyna, quæ ære communi Monaſterii perſolvatur; iis autem viciſſitudo munerum quantumvis exigui valoris, quæ ſibi cum Monialibus poſſint intercedere, omninò interdicta ſit ſub pœna perpetuæ ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus etiam aliorum, in quam ipſo facto incurrant. Quod nulla Monialis, vel Converſa dona, munera, & pecuniam, aut aliud quidpiam, etiam charitatis, & eleemoſynæ nomine, ſivè intuitu cuiuſcumque perſonæ tribuat, donet, aut largiatur; ſed ſi ex aliqua juſta, vel rationabili cauſa] aliquod dandum viſum fuerit, id à Superiore Monaſterii ære communi fiat. Quod neque ullius generis bellaria, edulia, eſculenta, jentacula, offulas, confectiones, & ſirupata, vel alia ſimilia quæcunque conficiant, aut coquant, ut illa venditent, donent, aut largiantur, niſi de licentia Abbatiſſæ, & de rebus modicæ impenſæ, & in conſanguineos tantùm in ſecundo ſaltem gradu conjunctos.

15 Solemnitates z celebrari nolumus, excepto feſto Titularis Eccleſiæ, in quo omiſſis vanis ſumptibus in immoderato apparatu, igne miſſili, & in muſicis vocibus; cantus Gregorianus dumtaxat cum organo concinatur. Portæ verò tàm Eccleſiæ, quàm exterioris clauſuræ, poſt Solis ortum reſeratæ claudantur omnimodè ante occaſum.

16 De Abbatiſſa hęc ſancimus. Primò eligatur § per vota ſecreta, quę ſint duæ partes ex tribus, non ſit minor quadraginta annis completis, & per annos octo poſt profeſſionem laudabiliter vixerit, ad formam Sac.Conc.Trid. & coram Nobis, vel noſtro Vicario aſſiſtentibus duobus Sacerdotibus dignis, & Actuario: nec poſſit eligi, quæ ſemel fuit Abbatiſſa, niſi poſt triennium, juxta conſtit. Ghegorii XIII. incip. *Exposcit*.

ſ *Vide Nicol. in floſc. v. Canis, & Synod. Tuſi in tit. de vita, & honeſt. Monial. c. 7.*

t *Nicol. in floſc. v. Moniales, n. 5.*

u *Gavant. v. Monialium communes leges in add. n. 7.*

x *Synod. Converſ. Epiſc. Panormi c. 26. § 17.*

y *Synod. 1. Epiſcopi Tuſi ſup. cit. c. 5.*

z *Alex. VII. in ſua conſt. ſub die 14. Septem. 1667. quę incip.* pro commiſſo nobis. *S.C.Ep. in una Bononię de anno 1584. & in Mediol. de anno 1593. apud Barboſ. de iure Eccl. lib. 1. cap. 44.*

§ *Synod. 1. Epiſc. Tuſi in tit. de Abbatiſſa c. 2.*

Se-

2 *EademSynodus Tuſi c.* 10.

3 *Ead.Synodus Tuſi ſup.citat. cap.*10.

4 *Ead.Synodus Tuſi c.*11.

17 Secundò, nullos faciat contractus, 2 nullas ſcripturas, nulla inſtrumenta, tàm prò, quàm contra, niſi de licentia noſtra, & oſtenſis priùs minutis, & cum interventu perſonę per nos deputandę.

18 Tertiò. Conficiat inventarium 3, ſeù plateam de omnibus bonis Monaſterii, tùm mobilibus, tùm immobilibus, & redditibus quibuſcumque: Et ultra librum 4 alium fieri curet, in quo cum datis anni, menſis, ac diei annotentur capitula, ingreſſus, & profeſſiones Monialium, Converſarum, & Educandarum, electiones Abbatiſſæ, mortes Monialium, cujuſcumque inſtrumenta, depoſita, rogitus Notariorũ, & omnia alia, & ſingula, quæ attinent ad Monaſterium.

De Regularibus. Cap.VII.

a *Synod.*2.*Epiſcopi Tuſi in tit.de Regular. cap.*1.

b *Synod.Bituntina Epiſc.Gallij p.*3.*tit.*1.§.1

c *S.R.C.*26.*Febr.*1628.*penes Squill.de priv.Epiſc.p.*3.*c.*19.*n.*71.*S.C.* 10. *Decembris* 1692.*apud Nicol.in floſc. v. Euchar.*

d *Trid.ſeſſ.*25.*de Regul.c.*12.*& Synod. præc. Tuſi d. cap.* 1. *v.Oſſervino.*

e *Trid. d.ſeſſ.* 15.*c.*14.*& Synod.d.Tuſi c.*1.

f *Synod. Rhegina Archiep. Ianuarii tit.*13 §.9. *& ibi notata lit.Q.Sperell.d.*38.*n.*15.

g *Genuen. in prax.c.*57.*n.*1. *Nicol. in floſc. v. Regularis, n.*12.*& v.exemptio n.*12.*Cardin.de Luca to.*1.*de Iuriſdict. diſc.*29.*per tot.*

REgulares, quamvis nulla noſtra indigeant reformatione, ob vigilantiam ſuorum, qui præſunt, ob vitam, & bonitatem eorundem; Nihilominùs hæc illis in memoriam revocamus.

1 Non audiant a Sęcularium confeſſiones abſque noſtra approbatione: ubi verò fuerint approbati, non abſolvant à caſibus, & cenſuris reſervatis, abſque facultate à Nobis in ſcriptis obtenta; extra propriam Eccleſiam confeſſiones nõ excipiant, niſi de Parochi licentia toties quoties, quando verò vocati fuerint ad infirmorum confeſſionem audiendam, de hoc eundem Parochum certiorem fieri curent.

2 Quamvis Regulares ſint ab Epiſcopi iuriſdictione exempti; nihilominùs tenentur Nobis reverentiam præſtare, ac noſtram turbantes juriſdictionem b interdicto ſubjacebunt. Et in ſignum ſubiectionis debitæ noſtræ Cathedrali, vel Eccleſiæ Matrici, Sabbato Sancto non pulſent campanas ante illarum ſonitum, ſub pœna in decreto Leonis Decimi contenta.

3 Sacroſanctam c Euchariſtiam, aut novas Reliquias in ſuis Eccleſiis ſine noſtra approbatione non exponant, indulgentias non evulgent, neque energumenos exorcizent; Cenſuras d, & interdicta non tantùm à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam à Nobis ubi fuerint requiſiti in ſuis Eccleſiis promulgare teneantur. Si quempiam ex Regularibus declarari contigerit cenſuratum, non poſſint eorum Superiores cedulones affigere ad valvas ſuarum Eccleſiarum, niſi venia à Nobis habita, cauſaque cognita.

4 Si extra Clauſtra degant, & delinquant, à Nobis debent corrigi, & puniri. Si e verò in Clauſtris degentes, extra illa notoriè delinquant à Superioribus propriis infrà tempus à Nobis præfigendum coerceantur, ſubinde certiores Nos faciant, aliàs à Nobis puniantur. Et extra f Clauſtra deliquiſſe dicitur, quamvis deliquerit in Eccleſia proprii Monaſterii, niſi id fecerit januis clauſis, & ſolis Regularibus in ea exiſtentibus. Vbi verò caſus ferat, ut Regulares propter eorum delicta extrà Conventus, & Monaſteria incurrerint cenſuras à Sede Apoſtolica latas, declarentur g per Curiam noſtram.

5 Qui

5 Qui in paucis Conventibus ob exiguum numerum infra ſex vivunt, vel in Conventibus aliàs ſuppreſſis, & poſteà reintegratis, ſubiiciantur Nobis, etiam in his, quæ regularem concernunt diſciplinam, ad formam Conſtitutionis Innocentii X. incipientis: *Vt in parvis*, ac reſolutionem *h* Sacræ Congregationis. Teneantur etiam accedere ad noſtrum Synodum, ſi à Nobis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, vocentur, juxtà reſolutionem *i* vigore Brevis factam ab Alexandro VII. Qui verò ſint Conventus ſuppreſſi? qui reintegrati in noſtra Diœceſi Militen. Catalogus dabitur in calce hujus Synodi.

6 Noverint Regulares eſſe ſibi prohibitum Sacerdotes admittere exteros ad celebrandum in eorum Eccleſiis, niſi viſis priùs literis teſtimonialibus ſubſcriptis à Nobis, vel noſtro Generali Vicario, ut ſæpiùs de hac re prodierunt oracula *k* Sacræ Congregationis. Doceant *l* item infra duos menſes penes acta hujus Curiæ de Conſervatoris electione, coram quo conveniri, non autem convenire poſſunt, ad formam Conſtitutionis Gregorii Papæ XV. alias non ignorent ſe ſupponi noſtræ juriſdictioni in cauſis à jure permiſſis. Sciant quoque poſſe capi à Curſoribus noſtris, ſi *m* ſinguli, non bini inceſſerint per Civitatem, & loca.

7 Regulares quicumque, Confraternitates, & alii teneantur proceſſionibus públicis intervenire, & ad Eccleſiam Parochialem, non tamen cantantes, accedere, ejuſdemque Clerum aſſociando proceſſionis ordinem non deſerere, niſi Eccleſiam unde profecti ſunt, redierint, juxta diſpoſita in Rituali *n* Romano, Cœremoniali *o* Epiſcoporum, & reſolutiones *p* Sacræ Congregationis: ſin contravenire audeant, poſſint cenſuris *q* innodari. Ad *r* funera item accedentes, teneantur non per vias Parochum, & Clerum expectare, ſed ad Parochialem Eccleſiam convenire, & inde ſimùl ſe transferre domum defuncti, juxtà aliàs decreta à Sacra Congregatione, quæ omnia in hac materia, & in quacunque alia ſeruari præcimus.

8 Miſſas non celebrent *ſ* in domibus, aut Oratoriis privatis, neque in Eccleſiis ſæcularibus ex legato. Neminem inducant ad *t* ſepulturam eligendam in ſuis Eccleſiis, de electione verò quoties occurrerit, inſtruatur Parochus, antequam ſequatur mors eligentis, aliter de ea nulla habeatur ratio. Nullum *u* autem in ſacro Baptiſmate, vel Chriſmate ſuſcipiant, at iis omnibus, quæ diſpersè in hac Synodo ad eos ſpectantia, præcipuè in Capitibus de Doctrina Chriſtiana, de Prædicatione, de SS. Eccleſiis, & de Proceſſionibus habentur, obſequentes ſe præſtent.

9 Superiores *x* Regulares ſubditos ſuos in Conventibus noſtræ Diœceſis exiſtentes ad Nos tranſmittere teneantur pro ordinibus ſuſcipiendis, præterquam in noſtra abſentia, vel ſi legitimò fuerimus impedimento detenti, de quo eiſdem conſtare debet per fidem noſtri Cancellarii. Commendatores Sancti Ioannis Ieroſolimitani oppidorum Droſii, & Melicocchæ non poſſunt ſubditis ſuis literas dimiſſorias con-

E ce-

h *Synod. Rhegin. d. Ianuar. ſup. cit. tit. 13. in annot. ſuper §. 15. v. dubia.*
i *Lege reſolutionum in calce Synodi fol.*
k *Legito Nicol. in floſc. v. Regulares n. 27. & alibi, & nuper Congr. S. Officij 26. Ian. 1692. ut in calce Synodi.*
l *Synod. Cuſen. tina Archiepiſ. Maurelli in tit. de Regular. fol. 58.*
m *Synod. Rhegin. ſup. cit. §. 9. & in annot. lit. Q Zerola in prax. p. 2. v. Regulares n. 5.*
n *Rit. Rom. in tit. de proceſſionibus.*
o *Cærem. lib. 2 c. 32. & ſeqq.*
p *Vide Pignatell. tom. 3. conſ. 45. n. 31. & 32*
q *Synod. Rhegina ſup. cit. §. 4. Ricc. in prax. to. 1. reſol. 308. nu. 6. Cicolin. lib. 1. c. 50. nu. 21. Genuen. in prax. c. 59. n. 9.*
r *Barb. de poteſtate Paroch. p. 3. c. 26. n. 63.*
ſ *Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeru. & euit. in celebr. miſſ.*
t *Clem. cupientes §. fin. de pœnis.*
u *cap. Monachi 104. de conſecr. diſt. 4.*
x *Corrad. in prax. diſp. lib. 4. c. 6. n. 16. & 17.*

cedere, aliàs tàm ipſi, & eorum Vicarii, quàm Ordinati ſuſpenſionem incurrunt, & ſi miniſtrent, irregularitatem, ut aliàs declaravit Sac. Cong. Concilii in una *y* Mileten. 17. Septembris 1586.

y Legito Synod. prim. Ep. Tuſi in tit. de ordin. cap. 8. fol. 55. & Synodum ſecundam eiuſdem Tuſi in tit. de Regular. c. 2. in fin. fol. 130.

De Quæſtoribus. Cap. VIII.

HVjuſmodi genus *a* hominum eſſet ſanè ab Eccleſia Dei eliminandum, quippequi, ut plurimùm ſunt perſonæ inutiles, hæreſi infectæ, delinquentes, otioſæ, errabundæ, & vitæ licentioſæ. Ideo ad coercendam eorum improbitatem, hæc pauca ſervanda proponimus.

1 Primùm juxta formam *b* Sacri Concilii Tridentini in concedendis licentiis non utatur verbo quæſtoris, vel quæſtuandi, ſed potius verbo Collectoris, ſeù colligẽdi Cancellarius pro tempore. Qui eleemoſynas colligit pro piis locis, ſit vitæ probatæ: non conciones, neque cantilenas, vel orationes canat, inſtrumentis muſicis non utatur, indulgentias non publicet: imagines non deferat, nec reliquias oſtendat: tintinnabula non geſtet, niſi fuerit frater Sancti Antonii de Vienna iuxta decretum Gregorii XIII. ſed omnia faciat cum modeſtia, cum pietate, & abſque ſcandalo, abſtineat à quærendis eleemoſynis in Eccleſiis, dum officia perſolvuntur, & de eleemoſynis nihil ſibi ſumat.

a Synodus Sorana Epiſcopi Ioannelli tit. 21. decr. 2. fol. 94.

b Trid. ſeſſ. 21. de refor. c. ult. Synod. 3. Epiſc. Tuſi in tit. de Quæſt. fol. 61. dt.

2 In concedendis licentiis nunquam commendentur à Vicario hujuſmodi homines, niſi vel aliàs fuerint hæretici, & ad fidem orthodoxam converſi, vel etiam pagani, aut à captivitate liberati. Huic rei invigilent Vicarii foranei, & Parochi locorum. Eiſdemque præcipimus, ut nullo modo permittant vagos quoſdam homines viperas cum imagine Divi Pauli deferentes circumire, qui temerè ſibi aſſumunt animalibus, agris, ac domibus benedicere.

c Fiaſec. in prax. Epiſ. p. 2. c. 3. art. 6. n. 50. Sperel. dec. 38. num. 28.

3 Cum contingere ſoleat Regulares *c* etiam ſe pauperes ſimulare, cum verè tales non ſint, pluresque conſtituant quæſtores, qui aliquoties Chriſti Infantis ſimulacrum, vel imagines Beatæ Virginis, aut Sanctorum, necnon mortuorum cranea deferunt, ita quòd à verè indigentibus eleemoſynas ſubtrahant; ideò Nos tanquam protectores pauperum, quorum victus auferetur, mandamus, ne quis *d* Religioſus audeat quæritare ſine noſtro reſcripto juxta Sacræ Congregat. declarationem, ut in appendice

d Campanil. in diverſ. Iuris Can. rubr. 12. cap. 13. n. 134. Genu. in prax. c. 59. n. 11. Barboſ. de pot. Ep. p. 3. alleg. 109. nu. 4. Speroll. dec. 38. nu. 29. tom. 1. Pignat. tom. 8. conſ. 12. nu. 20. ubi ref. reſolution. Sac. Cong. Concilii.

De Meretricibus, & Concubinis. Cap. IX.

NVllum fœdius peccatum impudicitia, quæ Chriſti fideles coinquinat apud Deum, & apud homines, & undè mala plurima effluere ſolent Reipublicæ Chriſtianæ quam pernicioſiſſima.

1 Meretricibus, *a* etiamſi advenæ ſint, in meritoriis Tabernis, vel in publicis cauponibus pernoctare non liceat. Parochi igitur ad hoc invigilent: Si verò *b* degunt in Vrbe, vel in Oppidis, & nullum habeant ſecum certum virum permanentem, tolerantur ad evitanda pejora, quando

a Synod. Spolet. Epiſ. Vrſini in tit. de hac re.

b Poſſenin. de off. Cur. c. 12. nu. 6. fol. 244.

expelli non poſſint. Earum tamen domus non ſunt benedicendæ.

2 Concubinæ, & Concubinarii nullatenùs tolerentur, tam publici, quã occulti, ſi ultra bimeſtre in cœno peccati ſorduerint. Tales *c* exiſtimantur non ſolùm qui Concubinam notoriam detinent domi, vel etiam extra in domo aliena, exempli gratia Matris, Conſanguineorum, vel alibi, & cum ea aſſiduam retinent conſuetudinem, ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & diffamatam tenent.

3 Clerici, & multò magis Sacerdotes, ſi tàm putido crimine (quod abſit) fœdentur, ultra pœnas à jure, vel Sac. Conc. Trid. ſtatutas, denuncientur Nobis ſub pœna excommunicationis, & ſeveriſſimè puniantur. Et ſi deprehenſi fuerint in domibus meretricum, ſolvant pœnam viginti quinque ducatorum in pios uſus applican. Laici *d* verò, ſi tèr moniti non paruerint juxta Trid. Concilium poſſint cenſuris affici, & pœnis corporalibus, putà carceris, exilii, vel in mulcta pecuniaria.

c *Synodus Cuſentina Arch. Maurelli cap. 14. in fin. Graf. de caſ. reſerv. libr. 1. cap. 18. num. 16.*

d *Synod. Rhegina Archiepiſ. Januar. in annot. ad tit. 11. v. hæc affirmatum, Syn. Camerinen. Card. Franzonis in append. ad tit. 28. §. ſciant.*

De Vſurariis. Cap. X.

Deteſtabile facinus in Orbe Chriſtiano habita fuit ſemper uſura, in ſacris literis utriuſque paginæ damnata, & quam maximè à jure Canonico, adeò ut in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. definitum fuerit hæreticos eſſe habendos qui oppoſitum tueri auſi fuerint.

1 Vſurarii manifeſti, & notorii condere non poſſunt teſtamentum, ſepultura careant Eccleſiaſtica, nec ad Sacramenta poſſunt admitti, niſi redditis alienis, neque ſufficit promiſſio de reſtituendis. Si ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuſpenſionem *a* incurrunt ab officiis, & beneficiis. Ideò nullo modo abſolvantur, qui uſuras alias extortas non reſtituunt.

a *c. uſura 6. 9. 8. Gavant. in man. v. uſura.*

2 Vt verò innoteſcat Confeſſariis, & cæteris fidelium quid ſit uſura? quive contractus uſurarii? Breviter ad eorum captum ſubiicimus. Vſura eſt lucrum immediatè proveniens ex pecunia mutuata: cum enim pecunia ſterilis de ſe reputatur, non poteſt inde haberi lucrum. Eaque duplex, expreſſa una, palliata altera. Expreſſa contingit, cum mutuans, & mutuatarius expreſsè inter ſe conveniunt de dando ultra ſortem mutuò datam aliquod plus. Palliata uſuvenit ſub colore, ac veluti pallio alicujus contractus, vel tituli.

3 Nullo modo licet aliquid *b* ultra ſortem accipere ex pecunia mutuata, etiamſi fuerit pupillorum, viduarum, loci pii, vel pauperum non habentium undè vivant.

b *Syn. Cuſentina Archiep. Maurelli c. 31 fol. 65.*

4 Ratione damni emergentis, tùm mutuans poteſt aliquid ultra *c* ſortem accipere, quando à principio in pactum illud deducit: & ad menſuram damni, quod reverà evenit, & quod creditor aliundè commodè evitare non potuit.

c *Bonac. de uſur. qu. 3. p. 4. n. 2. & ſeqq.*

5 Ex cauſa lucri ceſſantis *d* poteſt mutuator aliquid accipere, ſi hæc concurrant. Primò ut mutuum ſit cauſa lucri ceſſantis. Secundò ut lucrum non ſtatim exigatur. Tertiò, ut accipiatur tantum, quanti valet ſpes lucri, detractis expenſis pro labore, induſtria, & peri-

d *Bonac. ſupr. cit. num. 2. & ſeqq.*

culo, arbitrio boni viri, Vltimò, ut mutuans aliam non habeat pecuniam ad negotiandum.

6 Ratione e periculi poteſt aliquid accipi, ſi deducatur in pactum ad menſuram ejus, quod ipſe mutuator, daret alteri pro ſortis principalis aſſicuratione, modò huiuſmodi periculum non fingatur, ſed reverà ſit. Vnde ſi detur pignus, vel aſſicuratio à debitore, nihil accipi poteſt.

7 Contractus f nuncupati *à godere, à godere*, quando ſcilicet pro pecunia mutuata fruitur mutuans fundo debitoris, accipiendo fructus, ſunt uſurarii.

8 Qui pecunias g alicui conceſſerit ad negotiandum, is non poteſt conventum lucrum accipere, niſi facto calculo in negotiatione aliquid ſuper lucratum fuerit; tunc ratione pecuniæ licebit illud accipere.

9 Dilata h ſolutione, nemo rem aliquam cariùs vendat: nec anticipata ſolutione viliùs emat.

10 Vinum i, frumentum, oleum, & ſimilia exigantur pro pretio, quod taxantur communiter de tempore vindemiæ, & meſſis, quamvis anticipata facta fuerit ſolutio.

11 Vſura eſt k, qui dat frumentum corruptum, vel quid aliud, ut ſibi tradatur bonum: vel qui dat frumentum ad juſtam menſuram, ut ſibi reddatur ad menſuram ſuper affluentem, vel coagitatam.

12 Si res l minori pretio quam valeat, tradatur cum pacto infra certum tempus redimendi, aliàs ſit libera emptoris, pactum non tenet: quamvis læſio ſit infra dimidium iuſti pretii.

13 Pactiones m in quocumque negotio, ut ſors ſalua conſiſtat, & lucrum diuidatur, fieri non poſſunt.

14 Cenſus n creari debet ſuper re immobili, fructifera, & certis finibus deſignata in pecunia numerata, coram Notario, & teſtibus in actu inſtrumenti ſine ulla conventione caſus fortuiti, & ſervatis ceteris ſervandis, iuxta Conſtit. B. Pii V. incip. *Cum onus*.

15 Cambia o ſicca, ſeù ficta damnantur ab eodem Pio V. per conſtit. *In eam* 148.

16 Qui utitur p pignore accepto, furtum committit, & ſi percipit fructus, uſuram, niſi excuſatione lucri ceſſantis.

17 Notarii, qui rogant inſtrumenta uſuraria ſubiaceant oneri reſtitutionis, & cenſuræ, ut infra.

18 Iure Canonico Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis eſt interdicta negotiatio: quod ſi honeſta ſubſit cauſa, obtineant priùs facultatem ab Vrbe; aliàs obtenta ſit nulla.

e *Benac. cit. p. 5 num. 1. & ſeqq. Diana p. 1. tr. 8. reſ. 37.*
f *Synod. prim. Ep. Tuſi in tit. de uſura fol. 175.*
g *Synod. Spolet. Epiſ. Vrſini in tit. de uſur. fol. 145.*
h e *Synod. Spolet. ſupra cit.*
i *Synod. Cuſentin. ſupra cit.*
k *Synod. Spolet. ſupra cit.*
l *Eadem Syn. Spolet.*
m *Conſt. Sixti V. incip. Deteſtabilis, & Synod. 2. Tuſi fol. 155.*
n *Syno. Rhegina Archiep. Ianuar. tit. 8. §. 13.*
o *Synod. 2. præcitati Tuſi fol. 157.*
p *Syno. 2. Tuſi fol. 156.*

SYNODI
DIOECESANÆ MILITEN.
SESSIO TERTIA.

De Sacroſanctis Eccleſiis earumque veneratione. Cap.I.

CVM domum Dei deceat ſanctitudo, ut Regius Vates cecinit; ideò ad Eccleſiarum decorem ſervandum.

1 Decernimus, ut Parochi, *a* Sacriſtæ, & quicumque illi ſint, Eccleſiarum, & Altarium, quoad vires, curent munditiam atque nitorem; quoque ſaltem die Sabbato verri, & quiſquilias extrà proiici, aranearum telas tolli, pulverem excuti, ſepulcra aptè lapide integro operiri, & calce circumcirca obturari, ſacras veſtes, ac reliquam Sacriſtiæ ſuppellectilem non obſordeſcere, ſed in armariis, loculiſque ſuis diſtinctè reponi, nullatenùs verò laicorum manibus contrectari; laceras reſarciri, nimioque plus autem conſcillas comburi, nec unquam ad prophanum uſum adhiberi, Tecta per triennium refici tali modo, ut aquæ ſtillicidiis, quibus putreſcunt parietes, tutò proſpiciatur, ne corruant, Feneſtras verò vitris ornari, vel ſaltem tela cerata, aves, & pulverem pelli.

2 Eccleſiarum Rectores nullo pacto permittant in eiſdem pernoctari, aut animalia includi ſub pœna excomunicationis latæ ſententiæ; Curent, ut res venales non exponantur, non recondantur frumenta, non legumina, non lignamina, & alia ſimilia ſub pœna amiſſionis illorum, ac parvulos lactentes ad eas non deferri, ne eorum vagitibus perturbentur Divina. Nullæ in eis fiant commeſſationes, aut potationes, nulla prophana colloquia, riſus immoderati, cachinni, ſtrepitus, irreverentiæ, mendicorum quæſtus, puerorum ſcholæ, niſi de Doctrina Chriſtiana, ſtipulationes, contractus, laicorum concilia, nundinæ, Nec delictorum inquiſitiones, cadaverum inſpectiones, aliaque ſimilia, & ſecularia judicia. Cum verò occiſorum corpora inſpicienda veniant, id minimè fiat abſque *b* noſtra licentia in ſcriptis ſub excomunicationis pœna. Eoque caſu cadavera extra Eccleſias aſportentur, & cum interventu alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ; itaut cædis cognitio à ſacris locis penitùs removeatur, & præmiſſa proteſtatione ad formam *cap. Prælati de homicidis in 6.*

3 In eiſdem præſcribatur omninò mulieribus locus ſejunctus à viris. Altaria in columnis non conſtruantur, & conſtructa deſtruantur, neque in locis, ubi Sacerdoti celebranti opus ſit terga vertere ad tabernaculum Sanctiſſimi Corporis Chriſti; ſuper illa verò non reponantur pileus, pallium, enſis, vel ſimilia quæcunque.

a *Abbas Iuſtinian. lib. 2. conſtit. tit. 4. cap. 25. n. 31.*

b *Nicol. in floſc. v. cadauer numer. 3. & Abbas Iuſtin. lib. 2. conſt. tit. 1. cap. 20. §. 24. nu. 3. fol. 201.*

4 Dignis

4 Dignis de cauſis Eccleſię in locis compeſtri eſſent interdicendę, eas attamen toleramus in pręſens, dummodò expulſis Eremitis clauſę ſemper maneant, tali modo ut Sacerdotes celebraturi à Sylvaticis comitati illas aperiant, ac deindè facto ſacro iiſdem benè clauſis claves reportent, Devotionis autem gratia mandamus feneſtellam crate ferrea munitam in foribus aperiri.

5 Non audeat ullus quicunque ille ſit explodere ſcoplos ignitos, aut rixas in Eccleſiis excitare, aliquem percutere, vulnerare, occidere, aliàs gladio excommunicationis *c* feriatur Nobis reſervatę, cum facultate illam reſervandi Sedi Apoſtolicæ, juxtà prudentiale arbitrium; neque eas ingredi cum ſclopetis, & aliis armis prohibitis; Arma, ſagittę, & alia hujuſmodi non appendantur in Eccleſiis juxtà decretum Sacræ *d* Congregationis Epiſcoporum, Eccleſię *e* omnes, etiam Monialium, & Regularium claudantur ſub crepuſcolo veſpertino, & antè auroram non aperiantur juxtà decreta ejuſdem Sacrę Congregationis.

6 Iuxtà parietes Eccleſiarum non permittant Rectores ſordida quæque fieri, vel earum januas propè per triginta paſſus venalia exponi, aut ludos exerceri, nè vendentium vocibus, ac ludentium ſtrepitu perturbentur officia Divina. Feneſtras prohibemus per quas in Eccleſias haberi poſſit proſpectus, juxtà reſolutionem Sacrę *f* Congregationis; Super oſtium verò cujuſlibet Eccleſię Parochialis exteriùs, depingatur effigies *g* Sancti Titularis, ſi commodè fieri poſſit. Eccleſiæ dirutę juxtà Sacrum Concilii Tridentini decretum in Eccleſiam Matricem, vel aliam viciniorem transferantur, erecta in loco Eccleſiæ dirutæ Cruce.

7 Non erigantur in poſterùm altaria *h* ſine dote, & aliàs erecta dotentur, vel deſtruantur. Altaria de jurepatronatus, quę carent *i* dote, & paramentis, niſi infrà annum provideantur à Patronis, cenſeantur privati jure ſuo: & nihilominùs altaria deſtruantur juxtà reſolutiones Sacrę Congregationis. Quodlibet altare habeat lapidem ſacratum tabulis levigatis accluſum, umbraculum, ſeù baldachinum ſurſum, & pradellam inferiùs, tres tobaleas, pulvinar ſaltem unum, duo candelabra, tabellas ſecretorum, & Evangelii Sancti Ioannis, & Crucem cum imagine Chriſti in ea pendentis. Altaria, lapides, & paramenta conſecrentur, & reſpectivè benedicantur à ſolis Epiſcopis, non verò Abbatibus. *K*

8 Imagines penè conſumptæ, vel deletę, ſtatuę deformes, & vetuſtate corroſę, aliaque ſacra comburantur, & cineres in ſacrarium demittantur. Imagines novę in Eccleſiis non *l* exponantur abſque noſtra licentia, ac benedictione, in eiſdem verò non depingantur prophana.

9 Nemini liceat in Eccleſiis locum *m* habere proprium, in quo perpetuam ponat ſedem, caſſantes omnes alias conſuetudines tanquam corruptelas: & ſedes hactenus poſitę removeantur, excepto tempore Quadrageſimę, prout aliàs à Sacra Congregatione fuit reſolutum. Earundem Rectoribus decernimus inſuper, ut erga laicos quacumque dignitate preditos ſervent *n* adamuſſim Sacrę Congregationis decreta unà cum cæ-

c Abbas Iuſtin. lib. 2. tit. 1. c. 19 §. 23. num. 10.
d Penes Gau. in man. v. Eccleſiæ num. 48.
e Nicol. in floſ. v. Ecl. num. 9. & 10.
f Gav. v. Eccl. in addit. nu. 1.
g Conſtant. de officio Cur. p. 3. tit. 3. fol. 149.
h Gavant. in man. v. Altare num. 2. & 3.
i Gavant. ſup. cit. n. 1. Synod. Rhegine Arch. Ian. tit. 8. §. 12 & in annotat. lit. X.
K Ita reſolutũ è Sac. Rit. Cõgregatione penes Gavant. in man. v. Abbas num. 29. & v. benedictio n. 5.
l Trid. ſeſſ. 25. de Invoc. & vener. &c.
m S. Carol. lib. 3. tit. 33. c. 12. Nicol. in floſc. v. Eccl. num. 2. Genu. in prax. c. 4. n. 22. Syn. Camerinenſis Card. Franconis in append. ad tit. 15. §. maiora.
n Cærem. Epiſ. lib. 2. c. 2. verſ. ipſe Ccl. Gra. in Theſ. S. R. p. 2. lit. 4. n. 7. lit. N. S. E. Ep. Ve. Miſſerin. n. 18. Barboſ. in coll. Bull. V. Evang. alia dec. S. C. in una Hidrunt. 16. Dec. 1599. lucerna 10. Decemb. 1602. S. C. in una nullius Marjubii 17. Sep. 1611. alia 12. Iunii 1617. Nuperrimè vero in una Rheginen. decrevit, ut in appendice S. C. C. in una Caſtellaten. apud Nicol. in lucubrat. Canon. tom. 2. l. 1. tit. 29.

cęremonialis Romani directorio, quę quamvis locorum Dominis prohibent ſtratum ſub pede, ſcabellum ſuppedaneum etiam ſine gradibus, poſtergale,genuflexorium, itidem Miſſę confeſſionem antè ipſos dici, aut Evangelii textum deoſculandum,vel pacis oſculum cum ſigno dari. Laici ea ſingula ſpernentes excommunicationem latę ſententię, Rectores verò, vel Cappellani prǫmiſſa vetita permittentes, carcerem per trimeſtre ſubibunt. Ad ea omnia aſtringuntur etiam Regulares, quocumque exemptionis privilegio ceſſante, & in ſuis Eccleſiis recipere, ſervareque Cęremoniale Epiſcoporum jubentur à Clemente VIII.conſtit. *Ex quo* 38.§.6.in Bull.tom.3.fol.53. quare contra inobedientes ad Eccleſiaſticas cenſuras deveniemus.

10 Nullę fiant in *o* Eccleſiis,vel in locis adjacentibus,neque Regularium reprę̨ſentationes, etiam ſacrę, veluti Paſſionis Chriſti Domini, vel Sãctorum Martyrũ abſque noſtro reſcripto ſub interdicti pœna,quo obtento mandamus omninò ſervari conditiones in eodem exprimendas.

11 Reliquię recens obtentę,etiamſi authenticum oſtendatur documentum, non exponantur in Eccleſiis niſi priùs à Nobis *p* fuerint recognitę, ſervata forma Sac. Conc. Trid. Vbi verò ſint approbatę,aſſerventur ſub clave in thecis argenteis, vel ſaltem fabrè factis: nec facilè oſtendantur niſi in feſtis,vel quando in proceſſionibus deferri ſit opus: & tunc fiat à Sacerdote ſuperpelliceo, & ſtola indutǫ, candelis in altari accenſis, & in eiſdem vaſculis,ubi ſint repoſitę. Sub *q* pœna excommunicationis ſit prohibitum beneficiariis, vel Sacriſtis dare reliquias, vel earum fruſtrula,aut raſuras ſub quovis prętextu: eàdemque innodamus accipientes.

o *Synodus Ep. Maurellii in tit. de hac re, & Synod. Rhegina Archiepiſcopi Ianuarii tit.8.§.11.*

p *Synod.prim. Ep. Tuſin tit. de tuleſ. c.19.*

q *Synod. pr.ec. Tuſi cap.18.*

12 Oratio *r* quadraginta horarum non niſi ex cauſa publica, & de licentia noſtra fieri poſſit,ſemper autem in Altari majori,etiam in Eccleſiis Regularium,ſub pœna interdicti ipſo facto Eccleſię, ubi fieri cõtigerit,quę tantum conceditur,ſicut etiam ſepulchrum in hebdomada majori,ubi mos eſt aſſervari Sacram Euchariſtiam. In Altari ſex ſaltem ardeant candelę, & tres lampades: ibi aſſiſtat Sacerdos unus cum ſtola, & Clericus,ambo ſuperpelliceo induti,horę verò ab ortu Solis incipiãt, & deſinant in occaſu. Tribus *ſ* autem ultimis bachanaliorum diebus fas ſit omnibus Parochis exponere Sanctiſſimum Sacramentum ad effectũ, ut diſtributis horis,per familias populus abducatur à tot flagitiis, quibus inſanire videtur,quo tempore Sacerdotes,vel Clerici incedere perſonati non audeant,ſed ad pia exercitia promptiores, ac morum caſtimonia omnibus exemplares ſe præbeant.

r *Synod. Rhegin.ſup.cit.§.3 Nicol. in floſc. v.Euch.nu.23.*

ſ *Synod. Lucana Cardin.Spinolæ.p.2.cap.7. num.8.*

13 Omnium Eccleſiarum Civitatis, aut Oppidi ſacra æenca nunquam eodem tempore pro re inſueta Nobis inconſultis pulſentur ſub pœna earundem interdicti.

14 Ex antiqua hominum memoria,& immemorabili tempore die 6. Decembris in feſto Divi Nicolai Epiſcopi tutelaris hujus Cathedralis, & totius Diœceſis Patroni ſingulis quibuſque annis obſervata fuit Nobis inter Miſſarum ſolemnia debita obedientia, quam omninò in poſte-

rum

rùm reddi mandamus ab infraſcriptis Dignitatibus, Canonicis, & Abbatibus per sè, vel ſaltem per Procuratores juxta Catalogum in calce præſentis Synodi apponendum ſub pœna

15 Plures comperimus fuiſſe variis in locis noſtræ Diœceſeos conſecratas Eccleſias, & ob incuriam Rectorum dedicationis diem ab hominum excidiſſe memoria. Ideò ut celebrari poſſit in poſterum feſtum hujuſmodi, & de eo fieri officium cum octava, obtenta priùs facultate à Sacra † Rituum Congregatione, certum ſingulis Eccleſiis præſcripſimus diem, & ne ampliùs pereat memoria, dabitur in calce hujus Synodi Catalogus Dedicationum, tùm earum, quæ in tenebris ignorantię jacuerũt, tùm etiam aliarum, quę ex traditionibus, & documentis ſcriptis habentur. Mandantes, ut in poſterum quando aliqua ſit Eccleſia conſeçranda, Dedicatio cęletur in lapide.

† *Vide in fine præd. Synodis fol.*

De rebus Eccleſiæ non alienandis. Cap. II.

NVLLA major cura quam in rebus Eccleſiarum à Nobis præbenda venit: quippè quod ex earum redditibus manutenentur Miniſtri Eccleſiaſtici, cultus elucet Divinus, & pauperes Chriſti ſuſtentantur. Hinc Sacri Canones, Concilia, & Conſtitutiones Pontificię omninò vetant diſtractiones bonorum Eccleſiaſticorum; & Nos illis inhęrentes, hęc in memoriam revocamus, & diſtrictè pręcipimus.

1 Rectores, Cappellani, Beneficiarii, Adminiſtratores, & quocunque alio nomine appellati non audeant bona Eccleſiarum, beneficiorum, & cujuslibet loci pii diſtrahere, & alienare ſub pœnis contentis in Extravaganti Pauli II. quę incipit, *Ambitioſæ*, videlicet excommunicationis (quam Nobis reſervamus) privationis beneficiorum, & nullitatis contractuum. In eandem excomunicationem incurrere volumus non ſolùm dantes, verùm etiam accipientes: itemque inveſtientes in emptionem bonorum, vel *a* cenſuum bullalium pecunias, & illas ſine noſtra licentia recipientes: Et Notarios, qui rogaverint hujuſmodi contractus abſque aſſenſu Apoſtolico, vel ſaltem noſtro, in caſibus à Iure permiſſis, ut infrà.

2 Nomine autem alienationis venit venditio, donatio, pignoratio, permutatio, tranſactio, in emphyteuſim conceſſio, locatio ultra triennium, ſervitutis impoſitio, defalcatio cenſus, diminutio ſortis principalis, & alia id genus. Appellatione verò bonorum ne dum immobilia comprehenduntur, & jura, actiones, & nomina debitorum, & quæ ſolo adhærent, ac arbores fructiferæ; verùm etiam mobilia pretioſa, ut aurum, argentum, jocalia, & alia, quæ ſervando ſervari poſſunt, & greges, & armenta animalium; Sic etiam pecunia *b* deſtinata in emptionem cenſuum, vel bonorum ſtabilium: Volentes etiam extendi ad eam pecuniam, quæ pro neceſſitatibus, & uſibus Eccleſiarum retinetur; itaut hæc quidem alienari, vel mutuò dari non poſſit abſque dicto excommunicationis incurſu, vel etiam permutari cum alia moneta vilioris, vel inferioris materię, vel valoris.

a *Synod. Rhegina Archiepiſcopi Ianuarii tit. 8. §. 13. Synod. Sublacen. Cardin. Barberini c. 29. n. 11. fol. 240.*

b *Synod. Rhegina ſupra cit. Quar. v. alienatio num. 25.*

3 Vbi verò alienanda ſint bona Eccleſiæ, fiat cum cauſa, ſcilicet, neceſſitatis, vel utilitatis, & ſolemnitatis forma, cum aſſenſu ſcilicet Apoſtolico, vel noſtro, vigore *cap. Terrulas*. Et in hoc receptam conſuetudinem infra ſummam circiter ducatorum quadraginta hujus Regni monetæ approbamus in noſtra Curia, modò non diſmembretur fundus, vel domus, quæ diſtrahitur. Maximè quia reſolutio *c* Sacræ Congregationis circa hoc ſuffragatur.

4 Abuſum, qui aliàs irrepſiſſe videtur, ut pro rebus Eccleſiæ, quæ utilitatis cauſa alienantur, æſtimentur priùs, ſicuti & res laicales, ſubinde pro eo pretio alienentur, extirpare cupientes, cum nulla in his caſibus accedat utilitas, ſancimus ſervandam eſſe juris *d* diſpoſitionem, quæ ità ſe habet. Vel enim res Eccleſiæ, quæ datur in emphyteuſim eſt ſterilis, vel fructifera; Si ſterilis, æſtimetur priùs, & pro prætio æſtimato, detur ſaltem tantum, quantum intra viginti annos per Canones poſſit æquari totum rei pretium; Vel res eſt fructifera, eoque caſu dempta ſaltem ſexta parte fructus, concedatur pro reliquo.

5 Quod ſi res Eccleſiæ vendenda veniat, ſaltem tertia *e* pars ſupra pretium æſtimatum augeri debet; Et utilius *f* fiet, ſi res Eccleſiæ alienanda poſt trina bannimenta more preconis, vel in Eccleſiis, exponatur ſub haſta, & plus offerenti concedatur. Inſtrumentum fiat ſtatim, & non ultra menſem differatur; aliàs decretum alienationis ſuas amittat vires. Sin autem poſt ſolemnitates prædictas compareat aliquis, fortaſſe ex cauſa æmulationis, decernimus non eſſe audiendum. *g*

6 Curent adminiſtratores in hujuſmodi alienationibus res ſemper concedere in emphyteuſim: utpotè majora inde reſultant lucra favore Eccleſiarum ob ſpem laudemii in caſu alienationis, & caducitatis ob ceſſatam canonis ſolutionem, per biennium vigore *c. potuit de locat*. Verùm nullus *h* celebretur contractus emphyteuticus ultra tres generationes, ſeù nominationes, alioquin contractus ſit irritus, & nullus, proùt ita declaramus. Nulla item fiat alienatio favore Conſanguineorum, *i* & Affinium, aliàs ſit nulla.

7 Locationes *k* bonorum Eccleſiæ fiant ſemper per Notarios publicos, & alias hujuſmodi perſonas, ut ita Eccleſiæ poſſeſſio conſtare poſſit, & manuteneri in ſuo jure: & hujuſmodi affictus cum inſtrumentorum denunciatione notentur in libro memoriarum ut ſupra. Et ubi verſatur lis *l* inter loca pia, & laicos debitores ſuper poſſeſſione exigendi, cogantur interim ad ſolvendum reſervatis juribus ſuper judicio petitorio.

8 Poſſeſſores *m* bonorum, ſi hæc ſint aliquo onere affectâ favore Eccleſiæ, vel alterius loci pii, eaque diſtrahere velint, teneantur de tali onere facere mentionem claram, & diſtinctam, non cum verbis æquivocis, ſcilicet, *cum ſolito, & conſueto onere*, vel, *ſi & in quantum de jure debeatur*, & ſimilibus verbis: & dantes, recipientes, vel conſulentes, ſi contraveniant, ſupponantur excommunicationi Nobis reſervatæ.

9 Inter abſurda nota reprehenſione digna deprehendimus non-

c *Vide Gavan. in man. v. alienatio num. 24.*

d *Auth. perpetuo, C. de Sacr. Eccl. Gloſſ. in c. hoc ius, §. perpetua, v. ſabriliter. in qu. 2. Genu. in prax c. 107. num. 6. Iulius Capon. contr. 6.*

e *Corrad. in prax. diſp. lib. 9. c. 4. num. 52.*

f *Quarant. v. alienatio n. 14. Genuen. in man. c. 76. num. 11.*

g *Roſ. de Execut. lit. Ap. 1. p. 1. c. 4. n. 330.*

h *Sac. Congreg. Epiſ. 2. Octobr. 1611. in una Capataquen. Synod. Lucana Cardi. Spinolæ p. 4. c. 3. nu. 11.*

i *Abbas Iuſtin. lib. 2. tit. 3. c. 4. §. 4. num. 14.*

k *Synodus Bituntina Epiſc. Galli p. 2. tit. 7. §. 3.*

l *Abbas Iuſtin. ſupr. cit. n. 16.*

m *Idem Abbas Iuſtin. n. 15.*

nulla inveſtimenta fuiſſe facta in emptionem bonorum, cenſuum; vel etiam ſolutiones abſque eo quod deſuper confecta fuerint inſtrumenta, fortaſsè ex incuria conſueta, vel Notariorum defectu. Propterea ubi hæc in lucem venerint, Nobis innoteſcere curent ſub pœna excommunicationis reſervatæ, & ſub eadem pœna hæc fieri in poſterùm prohibemus.

10 Multas comperimus fuiſſe factas alienationes bonorum Eccleſiæ abſque facultate legitima, & diſtractas plures ſortes principales; Idcircò præcipimus omnibus tàm dantibus, quam receptoribus bonorum, quamvis cum titulo, ut ſub excommunicationis pœna denuncient hujuſmodi alienationes ad finem ut reintegrari poſſint Eccleſiæ, & in loca pia, & ſervatis ſervandis fieri diſtractiones.

11 Experti etiam ſumus, nonnullos adminiſtratores accepiſſe ab aliquibus pro locis piis nonnulla bona titulo donationis cum variis vinculis, & conditionibus, ut potiùs cederent in detrimentum, quam incommodum locorum piorum; & ideò mandamus in poſterùm, quatenus ſub pœna excommunicationis ſe abſtineant ab hujuſmodi acceptationibus bonorum, ſed fiat priùs ad Nos recurſus.

De Viſitatione Eccleſiarum. Cap.III.

Eccleſiarum Viſitatio uſque ab Apoſtolis fuit introducta, ſicuti habemus in eorũ Actis c.15. ubi Divus Paulus Barnabam alloquens ait: ***Revertentes viſitemus fratres per univerſas Civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo ſe habeant?*** Hinc cum Apoſtolicum ſit munus cum omni ſolertia curabimus illud exequi, & pro Cleri inſtructione hæc magis frequentia proferimus.

a Fuſcus de viſit. lib.1. c.4. nu.4. Griſpin. p.1. §.7. & 8.
b Trid. ſeſſ.24. de ref. cap.3. §. Viſitationum.

1 Ante Viſitationem prodibit ſingulis annis *a* Edictum, ut Clerus univerſus non ignoret, quæ agere debebit in adventu noſtro, vel noſtrorum Viſitatorum. Finis namque, & ſcopus Sanctæ Viſitationis erit, ut loquitur Sacrum Concilium *b* Tridentinum, ſanam, orthodoxamque doctrinam, expulſis erroribus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum monitis ad religionem, & pacem accendere, cætera, prout locus, tempus, & occaſio feret. In Viſitatione itaque cujuslibet loci ſit Clerus præſens, & legatur liſta omnium Clericorum, ut contumaces puniri valeant pro noſtro arbitrio. Interſint adminiſtratores *c* cæterique quòvis nomine appellentur, reddituri rationem ſuæ villicationis, noſque inſtructuri de rebus moderatione dignis.

c Synod. tert. Epiſ. Tuſi in tit. de Viſitat. fol.51.

2 In Viſitatione Eccleſiarum Parochialium poſt Defunctorum abſolutionem, & adorationem Venerabilis Corporis Chriſti, viſitentur tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, fons baptiſmatis, olea ſacra, & Sanctorum pignora, an benè ritèque cuſtodiantur, & adminiſtrentur? Videantur libri *d* Parochiales Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, ac Defunctorum: an ad formam Ritualis annotentur annotanda, & redigantur in libros? Incuria Parochorum Nos docuit, quantam

d Synod. ſupr. cit. Tuſi fol.53. at.

tam diligentiam in his adhibere debeamus in poſterùm.

3 Viſitentur deinde altaria, incipiendo à majori, & alia à cornu Epiſtolæ ſucceſſivè per gyrum, ut redeatur ad cornu Evangelii dicti altaris majoris. Hujuſmodi autem Viſitatio non fiat quoad materialia ſola, videlicet quoad ornatum eorum, tobaleas, candelabra, claviculos, cruces, imagines, pradellas, & umbracula, ſed etiam quoad formalia altarium, ſcilicet circa onera *e* Miſſarum, an ſint de Iurepatronatus; an Cappellania, an legata, vel aliç diſpoſitiones? qui celebrent? pro quibus? quando, & quoties? an ſatisfaciant debitores? qui ſint? an obligati publicis inſtrumentis, vel aliis modis? & nulla prætermittatur diligentia in his, & omnia Cancellarius redigat in ſcriptis. Perquirantur pecuniæ otioſæ, & depoſita, & annotentur ad futuram rei memoriam, & fiant diligentiæ pro illis inveſtiendis.

4 In Sacriſtiam fiat deinde acceſſus, ubi videantur calices, patenæ, vaſa, ſacra ſuppellex, tabellæ Miſſarum, & libri, in quibus eæ deſcribantur diætim, & bonorum inventaria. Poſt Sacriſtiam luſtretur corpus Eccleſiæ, tectum, pavimentum, ſepulturæ, ſedes confeſſionales, ſcamna, feneſtræ, oſtia, & portæ, & non intùs, ſed foris iuxtà praxim, quam docent multi *f* ſcriptores.

5 Extra Parochiales non omittantur aliæ Eccleſiæ Nobis ſubiectæ authoritate ordinaria (potiſſimùm verò adeſt decretum Sacr. Congreg. Concilii nuperrimè emanatum pro viſitatione Cappellæ Sanctiſſimi Sacramenti Terræ Poliſtinæ, ejuſque Sacriſtiæ, & pro exigendis rationibus ab ejuſdem cenſuum adminiſtratoribus ponendum in appendice) & loca pia, veluti Hoſpitalia, Montes pietatis, Confraternitates *g* etiam in Conventibus religioſis exiſtentes, Monaſteria Monialium, & Conſervatoria: Oratoria tùm publica, tùm privata, & Eccleſiæ, & Cappellæ per agros ſitæ, etiam dirutç. Si extra juriſdictionem noſtram fuerint, viſitentur jure delegato vigore Sac. Conc. Tridentini, & Conſtitut. Pontificiarum, quales ſunt Abbatiç *h* commendatç etiam S. R. E. Cardinalibus & Eccleſiæ omnes exemptç ab Epiſcopi juriſdictione, ut quç in ſolo fundatç ſunt Lateranen. *i* ſic etiam Eccleſiæ Curatç ſubiectç mili tiç k Sancti Ioannis Hieroſolimitani. Et non ſolùm quoad curam, Sacramenta, & Sacramentalia poſſunt à Nobis viſitari jure delegato, ſed etiam quoad onera *l* Miſſarum, an impleta fuerint? & quoad Eccleſiç reſtaurationem cogere adminiſtratores *m* ad reddẽdum rationes. Sciant *n* hujuſmodi Rectores ad Nos ſpectare pro his Eccleſiis Confeſſores approbare, eiſque facultatem concedere abſolvendi à reſervatis, & ad noſtras Synodos convenire debere. Monaſteria, & Conventus Regulares aliàs ſuppreſſi, vel etiam reintegrati poſt ſuppreſſionem poſſunt, & debent viſitari, vigore conſtit. Innocentii Papæ X. incip. *Inſtauranda*, & alterius incip. *Ut in parvis*, & reſolutionum *o* Sacrç Congregationis, itaut non ſolùm fieri poſſit viſitatio localis, ſed etiam perſonalis, tùm ſecularium, tùm etiam Regularium degentium in hujuſmodi Conventibus reintegratis, & in aliis, ubi non habitant duodecim, erectis poſt decre-

e Fuſcus de viſit. lib. 2. c. 7. num. 11.

f Paulus Fuſcus, Gavant. & latiùs Griſpinus.

g Trid. ſeſſ. 22. de reſ. c. 8. Nic. in floſc. v. Viſitatio ordinaria n. 1. amp. 10. & antea in v. Cõfraternitas n. 14. Griſpin. p. 1. §. 13. n. 28.

h Trid. ſeſſ. 21. de reſ. c. 8. Syn. 2. Tuſi in tit. de Regular. c. 4. fol. 132.

i Rota in Benev. iuriſdict. coram Cardin. Taia p. 15. recent. dec. 185. & Synod. præcit. Tuſi de Regular. c. 2.

k Bulla 2. Pii V. in cap. Expoſcit.

l Griſpin. p. 2. § 40. n. 5. & 6. fol. 7.

m Squillant. de privileg. Epiſ. p. 1. c. 3. n. 6.

n Pignatell. tom. 7. con. 8. n. 17. & ſeqq.

o Lege in calce præſentis Syn. fol.

tum Vrbani VIII. de celebratione Miſſarum 21. Iunii 1625.

p Griſpin. p.3. §.13.& 14.

6 Vltra Viſitationem debet Viſitator inquirere mores p Cleri, & populi, quomodo vivant in religione, & in via mandatorum Dei? an ſint ſcandaloſi, an concubinarii, uſurarii, blaſphemi, diſſeminatores errorum? & ſimilis farinę homines? Quibus peractis, ut reddantur Clerus, & populus inexcuſabiles circa exequen. quę in actis Sanctę Viſitationis ordinata ſunt, curabimus, q ut ex Cancellaria noſtra prodeant ſcripta, & mittantur unicuique per Vicarios foraneos, ad quem pertinebunt, ut in ſingulis Eccleſiis debitę mandentur executioni.

q Nic. in floſc. v. Viſitatio nu. 22.

De Immunitate, & libertate Eccleſiaſtica. Cap. IV.

MVlta ſunt, ut experientia nos docuit, quæ indigent peculiari proviſione in hac materia, tàm circa Eccleſiarum immunitatem, quàm etiam perſonarum; Idcircò hæc duximus ſtatuenda.

1 Primùm ergo a curent Eccleſiarum Rectores, aut quibus ſubeſt cura illarum, ne in illis morentur contumaces, banniti, facinoroſi, vel alii hujus generis: quod ſi illis inſciis ſe intruſerint, Nos certiores faciant infra b tres dies. Et ſi fortaſſe Nobis ex aliqua cauſa viſum fuerit, eos tolerare, & nihilominùs c irreverenter moram fecerint, & alia perpetrandi mala ex confugio cœperint occaſionem, vel fidelibus ad eas convenientibus fuerint moleſti, nos ſtatim certiorent, ut ſedulò curemus, ne privilegium in Eccleſiarum honorem inductum, in earundem redundet injuriam.

a Abb. Iuſtin. lib. 2. tit. 1. cap. 21. §. 25. nu. 1.

b Synod. Rhegina Archiep. Ianuarii tit. 8. §. 9.

c Synodus Camerin. Cardin. Franzoni in append. ad tit. 15. §. & ne ſceleſti.

2 Circa Eccleſiarum immunitatem volumus ſervari Conſtit. Papæ Gregorii XIV. incip. *Cum alias nonnulli*. Et ſciant violatores non poſſe d abſolvi, etiam effectu non ſecuto. vel etiam ſi ſatisfecerint Eccleſiis violatis, niſi à Summo Pontifice, vel Sac. Cong. Immunitatis, neque virtute Iubilæi. Eadem e excommunicatione affiçi volumus, & mulctę ſubiici noſtro arbitrio eos, qui reos in ſacris locis examinare præſumpſerint, citare, res, bona, arma exequi; auferre, vel extrahere, ſeù pro illis perquirendis vim inferre, victum prohibere, aut obſidionem ponere, cadavera exhumare, aut alia quæcunque judicialia facere.

d Syno. Rhegin. ſup. cit. tit. 9. in annot. ad §. 3. P. Theſaur. de pœnis, v. abſolutio c. 3. n. 4.

e Eadem Synodus Rhegin. in tit. 9. §. 4.

3 Blandis verbis ſuaſus, ut exeat ab Eccleſia, ab illa mox ſpontè excundo non amittit beneficium immunitatis.

4 Confugientes ad Eccleſiam ob crimina excepta, poſſunt à noſtra Curia, armata manu, etiam cum fractura Oſtii Conventus Regularium extrahi.

5 Omnes f tùm Eccleſiaſtici, tùm Sæculares, qui impedire præſumpſerint noſtræ ordinariæ iuriſdictionis excutionem, vel temerè circa hæc reſiſtere Nobis, vel à Nobis deputandis, vel etiam Curſoribus, aut Servientibus Epiſcopalis Curiæ, vel Vicarium foraneum in eorum Vicariatibus, excommunicationem incurrant Summo Pontifici reſervatam, ultra pœnas contra Eccleſiaſticos tranſgreſſores ad noſtrum arbitrium corporaliter infligendas, & nulla illis ſuffragetur excuſatio. Et

f Ablas Iuſtin. lib. 2. conſt. tit. 1. c. 22. §. 26.

quem-

quemadmodùm pro noſtræ juriſdictionis tuitione utimur hoc juris rigore, non ſolùm contra Eccleſiaſticas perſonas, verum etiam Sæculares; ſic quoque ad æqualitatem rigoris ſervandum præcipimus omnibus Eccleſiaſticis, ut nullo *g* modo temerè audeant impedire curſum juriſdictionis ſæcularis, vel reſiſtentiam facerè, nec per ſe, nec per alios, nec directè, nec indirectè, tàm Officialibus, quàm eorum Miniſtris, & Executoribus, ſub pœna per biennium carceris formalis, & in ſubſidium Excommunicationis.

g Idem Abbas Iuſtin. ſup. cit. tit. 1. cap. 23.

De Sacroſancto Miſſæ Sacrificio. Cap. V.

SAcri *a* Tridentini Concilii decretum exequentes, quo præcipitur, ut quæcunque in Miſſæ celebrationem irrepſerunt à tanti Sacrificii dignitate aliena, ea Epiſcopi tollere ſedulò ſtudeant, quam maximè cupientes, ut Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, in qua Deo Patri placens hoſtia Ieſus Chriſtus in odorem ſuavitatis offertur, ſingulari religione, ac pietate à Sacerdotibus celebretur: hæc ſtatuimus.

a ſeſſ. 22. de obſer. et evit. in celebr. Miſſ.

1 Nullus Sacerdotum *b* celebret ſine veſte talari, vel ſaltem in Oppidis ultrà genua protenſa, quæ non ſit ſordida, aut nimis lacera, neque ſine collari, aut fœdis manibus, vel non ſectis unguibus, pilos verò ſuperioris labii prominentes, neque retortos habeat, nulloque pacto ante Miſſam pulverem ſumat vulgari ſermone dictum *tabacco*, aut folia mandat. Recitato Matutino cum Laudibus antequam celebret, ſe colligat, oranſque mentem in tanti Miniſterii cogitatione defigat; Miſſam perlegat, & ſingulas partes ſignaculis pręparatas habeat, ſubbirreto, & annulo depoſitis, dùm ſacras veſtes induit, præſcriptam indumento unicuique orationem recitet, alios non alloquatur, & indutus ad pœnitentiæ Sacramentum non accedat, neque Sacriſtiam perambulet. Accedens ad Altare, oculis demiſſis, graviter, & modeſtè procedat, ibi moram ullam non faciat, aliquem expectandi gratia, neque Miſſa inchoata ſubſiſtat, aut jam dicta repetat. Miſſam memoriter non recitet, ſed legat dicens diſtinctè, & clara voce, quæ palàm pronuncianda ſunt, Secreta verò ſecretò pronuncians, neque tardiùs, aut celeriùs, quam par ſit, verba proferens.

b Abbas Iuſtin. lib. 3. c. 99. n. 40

2 Pro Miſſis manualibus eleemoſynam unius caroleni pro qualibet juxta receptam conſuetudinem taxamus: pro Miſſis verò perpetuis, ſi à benefactoribus ſtipendium non fuerit deſignatum, vel Miſſarum numerus non præſcriptus, tunc pro qualibet Miſſa erogetur carolenus unus cum dimidio, ut fert conſuetudo. Optamus autem, ut in celebratione Miſſarum tollantur omnia, quæ avaritiam, irreverentiam, aut ſuperſtitionem ſapiunt, ſervatis ad unguem decretis, & declarationibus Sacræ Congregationis Concilii juſſu Papæ Vrbani VIII. editis, ut in appendice.

3 In Oratoriis *c* privatis celebrare non licet, niſi favore nominatorum in Apoſtolico Indulto, & exceptis feſtis ſolemnibus, Natalis Domi-

c Gavant. in man. v. Miſſa n. 19. Nicol. in floſc. v. Oratorium n. 3.

mini noſtri, Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, Annunciationis, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, Sanct. Petri, & Pauli, ac omnium Sanctorum. Nemo autem etiam laicus quemquam Sacerdotem tàm Sæcularem, quàm Regularem in ſuis Eccleſiis, vel Oratoriis celebrare patiatur, qui ſcriptam celebrandi facultatem à Nobis non impetrarit ſub pœna ſuſpenſionis, & excommunicationis reſpectivè ipſo facto incurrenda.

4 Miſſæ nec ante auroram, nec poſt meridiem celebrentur; pro populi autem commoditate prima diluculò fiat, in qua publicentur feſta, vigiliæ, excommunicationes, & matrimonia, proùt ſignificabit Parochus, reliquis poſt Parochialem debito intervallo diſtributis, itaut Sacerdos unus non egrediatur antequam alter Sacramentum elevaverit; poſtrema verò quo tardiùs poteſt. In celebratione Miſſarum inter Cives *d* portio ſervetur æqualis, ne eorum fraterna charitas lædatur.

d prima noſtra Synod. in tit. de celebr. Miſſ.

5 Fiat omninò tabella Miſſarum, & Anniverſariorum ad præſcriptum decreti Sacræ Congregationis, ut in fine præſentis Synodi, in qua deſcribantur diſtinctè onera, in quo Altari, pro cujus anima, quo ſtipendio, & à quibus Notariis rogata? Inſuper habeatur liber in Sacriſtia, in quo dictim ſinguli Sacerdotes diſtinctè ſub pena amiſſionis eleemoſinæ adnotent Miſſas, quas celebrant, in quo Altari, & pro cujus anima? Si quis falsò ſubſcribat, ſuſpenſus ſit à divinis.

e S. R. C. 25. Decembr. 1605

6 Miſſæ *e* ex legato fiant in die, Eccleſia, & Altari à teſtatore præſcriptis; Sacerdotes verò ſacrum non faciant pro incerta perſona, à qua forſan eleemoſynam ſunt accepturi, neque in feria ſexta, ac Sabbato majoris hebdomadæ, etiam ſi aliquod inciderit feſtum.

7 In Altari majori noſtræ Cathedralis Miſſa præter Conventualem nulla fiat; nemo Nobis celebrantibus Miſſam inchoet, neque eadem die in ipſomet Altari celebret.

8 Cum fiunt oblationes, aut danda eſt pax, vel antè Miſſam Conventualem in Dominicis fit aſperſio cum aqua benedicta, Sacerdos nullatenùs Eccleſiam circumeat, ſed in Altari ſiſtat; pro mulieribus dumtaxat deſcendere liceat uſque ad gradus præsbyterium dividentes.

9 Cappellani, & alii Sacerdotes, qui per ſeipſos celebrare tenentur, nequeant per alios ſupplere, niſi in caſibus ſibi permiſſis à teſtatoribus. Et tunc quando per alios celebrant, non *f* poſſint minorem ſtipem dare unius caroleni, niſi ſtipendium relictum fuerit minus: Similiter ad refrænandum eorum aviditatem, qui lucra in ſpiritualibus captant, ſub pœna ſuſpenſionis mandamus, ne quis ultra ſex Miſſas in hebdomadam de onere aſſumat, niſi beneficium majora habeat onera, & tunc per alios implere teneatur, nulla ſibi opitulante fraude, qua curent tranſigere Miſſas cum Tribunali Reverendę Fabricę.

f Paſqualig. de ſacrif. Miſſ. q. 927. n. 4.

10 Ad Sacerdotium noviter promoti abſtineant à primo Sacro faciendo, donec fuerint per noſtrum Cęremoniarum Magiſtrum approbati, hujuſque Curiæ reſcriptum obtinuerint. Commeſſationes autem, poſtulationes, ac ſimilia, quæ ſpiritus relaxationem, aut quæſtum ſapiunt, Sacro Concilio innixi prohibemus expreſsè.

De

De Chori Diſciplina. Cap. VI.

CVM ſancta ſanctè ſint peragenda, & Chori diſciplina religionis, ac pietatis ſit plena, propterea iis, qui ad Divinas laudes concinendas conveniunt, hęc pręfinimus.

1 Vt internę devotionis ſplendor foris eluceat, qui Chori officiis adſtricti ſunt, orantes paulisper antè Sanctiſſimum Sacramentum, cogitent loci illius Sanctitatem, & conveniendi cauſam, quæ munus Angelorum eſt. Ad Chorum talari veſte cum cingulo, ſuperpelliceo, bireto, ac Inſignibus peculiaribus induti gravi inceſſu procedāt; Superpelliceum verò ſerico nodo ad collum non adſtringant, Almutia minimè ſit alterius coloris, quam oſtrini, & Mozèta nullo pacto argenteis fibulis ſed globulis firmetur, aliter diſtributionis mulctetur.

2 In Choro genuflexi orent ſubmiſſa voce uſque dum à Digniori detur ſignum ad initium. Abſtineant omnimodè à iocis, à cachinnationibus, & à verbis futilibus, neque tabaccum ſumant, ſed animùm, mentemque à vanis cogitationibus abducentes, ſeipſos in Dei cultu colligant, ſtudiosè alternis vocibus canant, attentèque audiant alterius partis verſiculum; pro temporis, & officii ratione ſtent, genua flectant, caput aperiant, & inclinent, ſeruantes ad unguem Pontificale, unà cum Cęremoniali Romano, juxtà conſtit. Innocentii X.

3 Ordo pulſandi ad Divina Officia ſervetur deſcriptus in tabella horaria noſtri Prædeceſſoris, ut in appendice. Qui autem ad Chorum acceſſerit perſoluto invitatorio, in Miſſa cantato ultimo Kyrie eleiſon, in cæteris verò horis dicto primo pſalmo, vel à Choro ante finem diſceſſerit, habeatur tanquam abſens.

4 Nobis ſolemniter celebrantibus omnes Dignitates, Canonici, & Sacerdotes aſſiſtant Choro, ſub pœnis noſtro arbitrio reſervatis.

5 Nemo laicorum cujuſcumque ætatis, vel Eccleſiaſticorum abſq; ſuperpelliceo, dum ſacra peragentur, intra Chorum, ſeù Presbyterium ſe inſerre præſumat ſub pœna excommunicationis. Liceat *a* tamen per Diœceſim, ubi Clerus non ſit ſufficiens ad Chori miniſterium, admittere delectos laicos in loco à Clericis ſejuncto. Sacriſta pariter ne à Divino cultu Sacerdotes impediantur, laicos Sacriſtiam ingredi non patiatur.

a S. Carol. p. 2. Synod. Diœc. 5. in tit. de Sacerdot. Synod. Lucen. Card. Spinulæ p. 5. c. 7. n. 9. Nicol. lib. Can. tit. 2. n. 3. v. maſculi.

6 Officium de Sancto Nicolao Epiſcopo hujus Cathedralis Eccleſiæ non ſolùm, ſed etiam totius Diœceſis Patrono cum octava per totam Diœceſim celebrari mandamus; in eadem pariter die tertia Martii officium fieri de anniverſaria Dedicatione hujus Templi; necnon prima die ejuſdem menſis de feſto Sancti Leonis Lucæ Abbatis, Montisleonis Patroni ſub ritu duplici. Brevi autem multa dicturi volumus, ut ab omnibus Divino Officio adſtrictis, quò ſtudioſiùs fieri poteſt, impreſſus Ordo quotannis noſtro juſſu edicendus inducatur ad uſum.

7 Noctem Natalitiam Chriſti Domini noſtri nimia cœna, propháno fidibus cantu, talorum, aut alearum ludo, ſaltatiouibus, ac jocis ce-

lebrare,non eſt, ut ait Chryſoſt,Dei Nativitatem colere,ſed coinquinare; ideò ea omnia, aliaque ſimilia ex imperio prohibentes,mandamus Officia Divina ſumma cum devotione peragi, Eccleſia plurimis luminibus colluſtrata, ac à viris mulieribus omninò ſeiunctis. In locis verò duobus Sacerdotibus, & tribus ſaltem Clericis carentibus celebriora officia ſine noſtro reſcripto fieri vetamus.

De Feſtorum, & Ieiuniorum obſervantia. Cap.VII.

FEſtorum obſervantiā indixit Deus, & Eccleſia ejus Sponſa decrevit, adeòut temerarios eorundem violatores, innumeris calamitatibus, atque viſibili igne abſumptos ira Dei pœnaliter occubuiſſe permiſerit.

1 Sciant ergo omnes diem feſtum incipere à dimidia nocte præcedentis diei, & extendi ad dimidiam ſubſequentis. Parochi ſæpè moneant populos de feſtis colendis,quatenùs non ſolū abſtineant ab operibus ſervilibus,atq: Miſſæ Sacrificio,cæteriſque Divinis Officiis interſint, verùm etiam fugiant ludos, choreas, ebrietates, aliaque illicita, neque permittant circulatores,mimos,& id generis,nebulones præſtigias ſuas, comœdias, inaniaque ſpectacula agere, aut quidquam prorſus vendere, ne medicamenti quidem prætextu.

a Synod. R. begina Archiep. Ianuar. tit.1. §.7.

2 Similì modo contractus, & actus judiciales quoque prohibemus ſub excommunicationis pœna Dominicis, & Feſtis; & à fortiori in civilibus a cauſis exequutiones qualcunque, tùm perſonales, tùm reales, niſi ubi ſuſpicio fugæ verſetur, & tunc de licentia noſtra, & contraventores non poſſint abſolvi, niſi captis in libertate poſitis, & pignoribus redditis.

3 Parochi, & Vicarii foranci nè facilè ſervilia In diebus feſtis exerceri permittant, exceptis temporibus meſſis, vindemiæ, ac ſerici, olivarum, caſtaneatum, aliorumque fructuum recollectione, & in aliis caſibus, ubi neceſſitas urgeat, ac pietas ſuadeat, cuius cognitio eiſdem à Nobis committitur ſub eorum conſcientiæ gravamine, prohibentes omninò, ne ad aliquam compoſitionem deueniant, ſub pœna rotolorum quinquaginta ceræ albæ piis uſibus applicandæ.

b Nicol. in floſc.v.feſtum nu. 24.

4 Indulgemus Aromatariis, & Tonſoribus pro infirmis: Piſtoribus, Macellariis, & Tabernariis, ut occluſis officinis, oſliolo dumtaxat aperto, ad victum neceſſaria ſubminiſtrent; idem dicimus in fructuum, herbarum, piſcium, & ſimilium venditione, non tamen in feſtis principalioribus.

5 Omnes plenū rationis uſum habentes Miſſæ Dominicis, & feſtis ex præcepto intereſſe tenentur, & in ſua Parochia, ſi fieri commodè poſſit, non in foribus Eccleſiæ ſubſiſtentes; ſed intra Eccleſiam devotè orantes, ab Altari tamen ſaltem per tres paſſus disjuncti. Virgines, & Viduas, etiam pauperes, neque ex recenti parentum mortis pretextu ab hoc præcepto excuſamus, imò excommunicationis vinculo innodamus

mus, cum ad hunc effectum Sacrum in Aurora celebretur.

6 Sacrum Concilium Tridentinum Ordinariis locorum Epiſcopis decernit, ut ullum, qui publicè, & notoriè criminoſus *c* ſit, ſacris intereſſe non permittant; idem igitur Eccleſiarum Rectoribus, etiam Regularibus, ac Sacriſtis ſervare præcipimus.

7 Si quis autem feſtum violare præſumpſerit, præter Divinam ultionem, modò in *d* flagranti fuerit deprehenſus, mulctetur à Vicariis foraneis, ſi ſit ſimplex operarius, pœna carolenorum ſex, quindecim verò ſi cum animalibus oneratis, vel in labore occupatis, ſiuè ſuis, ſiuè alienis, & ita interpetrandam Conſtit. Beati Pii V. incip. *Cum primum*: ſenſere *e* oracula Sacræ Congregationis.

8 Vt verò inexcuſabiles reddantur fideles ab obſervatione feſtorum, volumus, ut Parochi *f* ſingulis Dominicis denuncient feſta per hebdomadam, & in Sacriſtiis appendant tabellam cum ſequenti Catalogo Feſtorum, & Vigiliarum; in veſpere autem vigilia præcedenti detur ſignum cum ſonitu campanæ.

9 Tenentur item Chriſti fideles poſt vigeſimum primum annum jejunare ex præcepto Eccleſiæ toto Quadrageſimæ tempore (diebus Dominicis exceptis) necnon quatuor anni tem poribus, in feria quarta, ſexta, & Sabbato, ac omnibus vigiliis; & nullatenùs excuſari valeant, ſi vires ſuppetant. Iejuniũ ſiquidem eſt, quod vitia comprimit, mentem elevat, virtutem largitur & præmia, ut canit Eccleſia.

10 Ad jejunorum obſeruantiam omnes cogimus, juxta præceptum Eccleſiæ: & ſi quem Quadrageſimæ tempore, vel aliis temporibus ſupra recenſitis neceſſitas compulerit ad non jejunandum, vel ad cibos paſchales comedendum, id ei ſit permiſſum de licentia Medici, & noſtra, vel à nobis deputandi.

11 In virtute ſanctæ obedientiæ jubemus Parochos omnes ſingulis annis in Dominica, quæ dicitur in Quinquageſima, denunciare populo ea omnia, quæ pro obſervantia Quadrageſimæ typis evulgata fuere, ut exquiſitè ſerventur.

c *Trid. ſeſſ. 22. de obſerv. & evit. in celebr. Miſſæ.*

d *Synod. Regina Archiep. Ianuarii tit. 1 §. 6. verſ. Et proinde. Abbas Iuſtin. lib. 1. tit. 9. cap. 8. §. 15. num. 39. & alibi.*

e *Vide Nicol. lib. 2. Can. tit. 2. nu. 7. in fin. Pignatell. tom. 8. conſ. 10. n. 26.*

f *Synod. Camerinen. Pap. Clement. 10. tit. 8. decr. 3.*

Catalogus Feſtorum iuxtà Conſtitutionem Vrbani Papæ VIII. & morem noſtræ Diœceſis ſervandus.

Ianuarii.

1 Circumciſio Domini.

6 Epiphania ejuſdem.

Februarii.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.

24 S. Matthias Apoſt. & 25. anno biſextili.

Martii.

19 S. Ioſeph Sponſus Beatæ Mariæ Virginis.

25 Annunciatio Beatę Marię Virginis, cuius feſtum ſi contingat feria 5. in Cœna Domini, in Parochialibus ultrà Miſſam conſuetam alia celebretur pro commodo populi. Si feria 6.

non

non teneantur ad Miſſam, ſed à ſervilibus abſtinere; Sin verò in Sabbato Sancto, transferatur ad feriam ſecundam Dominicæ in Albis, juxta praxim Vrbis ex reſolutione Sac.Rit.Cong.

Aprilis.

Maii.

1 SS.Philippus,& Iacobus Apoſtoli.

3 Inventio S.Crucis.

Iunii.

24 Nativitas S.Ioannis Baptiſtæ.

29 SS.Petrus, & Paulus Apoſtoli.

Iulii.

25 S.Iacobus Apoſtolus.

26 S. Anna Mater Beatæ Mariæ Virginis.

Auguſti.

4 S.Dominicus Regni Protector minùs princ.

10 S.Laurentius.

15 Aſſumptio Beatæ Mariæ Virginis.

25 S.Bartholomæus Apoſtolus.

Septembris.

8 Nativitas Beatæ Mariæ Virginis.

19 S.Ianuarius Regni Patronus magis princ.

21 S.Matthæus Apoſtolus, & Evangeliſta.

29 Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

Octobris.

28 SS.Simon, & Iudas Apoſtoli.

Novembris.

1 Feſtum Omnium Sanctorum.

30 S.Andreas Apoſtolus.

Decembris.

6 S.Nicolaus hujus Cathedr. & Diœc.Patronus.

21 S.Thomas Apoſtolus.

25 Nativitas Domini.

26 S.Stephanus Prothomartyr.

27 S.Ioannes Apoſtolus,& Evangeliſta.

28 SS.Innocentes.

31 S.Silveſter.

Feſta Mobilia.

Dominicæ per annum.

Paſcha Reſurrectionis Domini cũ duobus ſequentibus.

Aſcenſio Domini.

Pentecoſtes cum duobus ſequentibus.

Corpus Domini.

Dies feſti titularis in omnibus locis Diœc.reſpect.

Catalogus Vigiliarum, & Ieiunii dierum.

Februarii.

23 S.Matthię Apoſtoli, & 24.anno biſextili.

Iunii.

23 Nativitatis S.Io:Baptiſtæ, quæ ſi incidat in feſtum Corporis Chriſti, fit in 4. feria antecedenti, ex conſtitut.Leonis X.& Vrbani VIII.

28 SS.Petri, & Pauli.

Iulii.

24 S.Iacobi Apoſtoli.

Auguſti.

9 S.Laurentii Martyris.

14 Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

24 S.Bartholomęi Apoſtoli.

Septembris.

20 S.Matthęi Apoſtoli.

Octobris.

27 SS.Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

31 Omnium Sanctorum.

Novembris.
29 S.Andreæ Apoſtoli.
Decembris.
20 S.Thomæ Apoſtoli.
24 Nativitatis Domini.
Vbi in Dominicâ incidat Vigilia, jejunium fit in Sabbato præcedenti.
Prętereà jejunandum eſt omnibus feriis Quadrageſimæ,& in Vigilia Pentecoſtes ex conſuetudine, & feriis quarta, ſexta, & Sabbatis quatuor temporum poſt primam Quadrageſimę Dominicam, poſt Dominicam Pentecoſtes, poſt feſtum Exaltationis Sanctę Crucis, & poſt tertiam Dominicam Adventus.

De Exorciſmis. Cap.VIII.

QVam arduum ſit opus de tartareo hoſte triumphum agere, ſatis plenè exorciſmorum libri, ac Evangeliorum facta teſtantur.

1 Quapropter audeat nemo,etiamſi Regularis ſit, abſque noſtra licentia in ſcriptis exorcizare. pridiè verò illius diei,quo alicui exorciſmum adhibere inceperit ſe ieiunio, & oratione pręparare ſtudeat ,tùm confeſſione expiatus conſcientia pura, magna humilitate,& fide ad id munus obeundum accedat.

2 Exorciſta perquirat in primis Energumeni vitam,& mores , nec non Medicum conſulat, an quę per ipſum aguntur , fiant morbi alicuius, aut bilis atrę vi, deinde per Sanctorum reliquias occultè appoſitas, vel per alia experimenta à Navar.Fill.del Rio, aliiſque recenſita, non in privatis ędibus, ſed in Eccleſia, imò in loco Eccleſię conſpicuo coram duobus, vel tribus,ętate, vitàque probatis viris, aut mulieribus (ſi mulier fuerit energumena) non antè Solis ortum,nec poſt occaſum, indutus ſuperpelliceo,& ſtola munus ſuum exerceat, non aliis exorciſmis, pręcibus, ac ritibus utendo, niſi iis ab Eccleſia pręſcriptis ; fugiat autem in tali munere quęſtum, nec doni quidquam , vel minimum accipiat.

3 Ad fugandos bruchos, & locuſtas animalia vexantes , vel ſegetes, vites, aliosque fructus devaſtantes, Parochus ſola charitate ductus, ſolitis utatur exorciſmis.

De Proceſſionibus. Cap.IX.

MOS ſuit in Eccleſia à ſuis primordiis publicas ſupplicationes, ac proceſſiones indicere, quibus iuſtus Divinę iuſtitię rigor miteſcere, & infinitę bonitatis miſerationes ſoleant effundi; idcircò ſacrum hunc ritum majori qua poſſumus obſervantia retineri volentes decernimus.

1 Vt omnes utriuſque Cleri quacunque *a* exemptione ſuffulti, etiam Apoſtolici Subcollectores generalibus proceſſionibus interſint, iis tantùm Regularibus exceptis, qui à Sede Apoſtolica ſpeciale habent indultum.

a Conc. Trid. c.13.de Regul. Ricc.in prax. for. Eccleſ. reſol.208.

 2 Si

2 Omnes *b* ſtatim pulſato ſigno conveniant in Eccleſia Matrice, ejuſdemque Clerum aſſociaudo proceſſionaliter incedant bini graviter, & modeſtè pſalmos, hymnoſque devotè concinentes, nec ordinem proceſſionis deſerentes, antequam ad Eccleſiam, undè profecti ſunt, redierint, incedentes autem ſine dicto Clero tàm antè proceſſionem, quàm poſt, nullo pacto canere audeant.

3 Regularibus ſine noſtra licentia proceſſiones *c* agere non liceat; niſi in eorum Eccleſiis, vel intrà clauſtra, ſi extiterint, aliter intrà ambitum, ſcilicet propè Eccleſiarum muros ſub pœna interdicti earundem; excipimus tamen proceſſionem Roſarii in prima Dominica Octobris.

4 Proceſſiones intrà Clauſtra Regularium aſſociandi prætextu mulieribus ingreſſum ſub pœna excommunicationis Summo Pontifici reſervatę interdicimus, & Regularibus id permittentibus imponitur pœna ſuſpenſionis à Divinis, privationis officiorum, vocis activæ, & paſſivæ per motum proprium B. Pii V. incip. *Regularium perſonarum*, & Gregorii XIII. incip. *Vbi gratia.*

De Funeribus, & Sepulturis. Cap. X.

INter cætera miſericordiæ opera commendatur mortuorum ſepultura; quæ ut laudabiliter fiat, hæc ſtatuenda veniunt.

1 In defunctorum exequiis Parochi, & Clerus ità ſe gerant, ut nihil prætendant præter ſolitum, & conſuetum ſtipendium: ſi verò pauperes deceſſerint, ſepeliantur gratis. Et omnes *a* accedant ad Eccleſiam Parochialem cum ſuperpelliceis, & biretis, niſi tempus ſit pluvioſum: Cadaver comitentur uſque ad eandem Eccleſiam, à qua non recedant, niſi perſolutis precibus, & cæremoniis juxtà Rituale Romanum, aliàs denegentur candelæ, & ſtipendium ſolitum. Regulares item, quando ſint ad funera vocati, accedant ad Eccleſiam Parochialem, & inde ejuſdē Clerum aſſociantes domum defuncti, juxtà noviſſimam reſolutionem *b* Sac. Cong. pro hac Diœceſi. Pro quolibet funere applicentur lumina *c* non minoris ponderis ſaltem quatuor librarum cæræ albæ laboratæ.

2 Nullo modo cadaver ad ſepulturam deferatur vinctum in ſede, ſed in feretro ſtratum, non antè *d* ſolis ortum, vel poſt illius occaſum, non circumducatur per vias obliquas, ſed per rectas, & bréviores, neque tradatur ſepulturæ antè horas duodecim *e* ab ejus obitu, viginti quatuor verò, ſi mors fuerit repentina, aliàs Eccleſia ſit interdicta. Campana non pulſetur de nocte, ſed ſolum de die: illiuſque ſonitus mediam non excedat horam; Sacerdotum autem ſepultura ab altera pro laicis diſtinguatur.

3 Cum plurièS benignè exhortati ſimus mulieres omnes, ne in morte *f* parentum immoderatis gemitibus uterentur, & quod omninò à crinium euuiſione abſtinerent, multòque minùs lamentatrices mercede conductas adhiberent, attamen paternis monitis minimè paruiſſe compertum

b Sac. Congreg. Conc. 1590. Fano 6. Feb. 1600 Vigevano 13. Nov. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 78.
c S. C. 2. Iulii 1620. panes Squillant. c. 19. n. 62, & aliàs eadē S. C. apud Nic. lib. 1. Can. tit. 31. num. 14. laurel. de Frāc contro. de proc. q. 13. ubi dicit. Regulares hodiè præſumentes facere proceſſiones extra clauſtra ſolent excōmunicari.
a Conſtant. de off. Cur. p. 4. tit. 10. cap. 2.
b Vide in fine.
c Synodus 3. Epiſc. Tuſi in tit. eod. fol. 65. Abbas Iuſtin. lib. 3. tit. 1. cap. 108. §. 115. nu. 24. fol. 427.
d Synod. prim. Epiſc. Tuſi in tit. de Exequ. c. 4. fol. 160.
e Nicol. in floſ. v. cadav. nu. 1.
f S. C. Ep. 1587. Hieracen. 20. Apr. 104. 1588 Mariana 6. Decembr. 160. §. 10. apud Nicol. in floſc. v. ſepultura in cap. de fun.

pertum habemus, nam in præterita Sancta Viſitatione Nos ipſi gravatè Præficas ipſas audivimus; ad abolendos igitur hos deteſtabiles abuſus excommunicatiónis pœna tàm conductas, quàm conducentes afficimus.

4 Nova ſepulchra non fiant abſque noſtra licentia, & diſtent ab altaribus ſaltem tribus palmis, aliàs extructa interdicimus. Pavimentum Eccleſiæ non excavetur pro recondendis cadaveribus, ſed ex ſola licentia noſtra, & media eleemoſyna *g* ducatorum trium in reparationem Eccleſiæ applicanda.

5 Ad Nos pertinet in Vicariis Anoyarum, Planitiei, ac Sinopolis facultas diſponendi de bonis ab inteſtato decedentium; idcircò mandamus eorundem locorum Rectoribus, ut in contingentiis Nos fideliter, & ſollicitè moneant ad finem illorum animabus debita ferendi ſuffragia, ut habetur in Synodis Diœceſanis noſtrorum Prædeceſſorum.

6 Arceantur à ſepultura omnes, qui ſemel in anno confeſſi non fuerint, nec Paſchali communione refecti: ſic etiam excomunicati, uſurarii, meretrices, concubinarii, publici peccatores, cæterique iure prohibiti, & in Rituali notati ſub pœna excomunicationis ipſo facto adversùm tranſgreſſores, & interdicti Eccleſiæ.

7 Sæculares, ſi non electa ſepultura intra clauſtra Religioſa obierint, vel extrà, debent in Parochiali ſepeliri, *h* niſi habeant ſepulchra majorum, vel alibi ſepulturam elegerint. Si quis ſæcularis infirmus, petierit corpus ſuum indui habitu religioſo, & cum eodem in Eccleſia Regularium ſepeliri; hæc illi ſervanda erunt. Primò id fiat præmonito Rectore. Secundò quod à Superiore Conventus ſervatis benedictionibus adhuc vivens veſtiatur, vel aliàs ſit indutus. Tertiò quod de hoc Parochus certioretur à Superiore, & de ſepultura electa in ejus Eccleſia. Quartò quod habitus præfatus ſit ad inſtar illius ordinis, vel Tertiariorum cum tunica majori. Et tandem legitimè conſtare debet de ſepulturæ electione, juxtà reſolutiones *i* Sacræ Congregationis.

8 Cum primùm placuerit Optimo Deo noſtro nos ad ſe vocare, Canonici omnes, Parochi, & Sacerdotes ſinguli ſtatim de noſtro obitu moniti unico (ſaltèm charitate compulſi) Miſſæ ſacrificio nobis tot omiſſionum pœnam luentibus amantèr accurrant; à Clericis verò, & à Monialibus officium defunctorum ſemel præcamur obnixè.

9 Illud ſilentio prætereundum non eſt, quod in morte Epiſcopi contingere ſolet, & in ea Prædeceſſoris noſtri audivimus, ut obitu Antiſtitis ſequuto, gentes diripiant Epiſcopale Palatium, ſeras, & claves auferentes, portas devaſtantes, clavos, & cardines, ſcamna, & ſedes capientes, cubicula facientes beſtiarum ſtabula, arbores, & herbas viridarii tranſplantantes, & vaſa, & lapides eripientes, proceſſus, & ſcripturas Archivii, & Cancellariæ combuſant, lacerent, caſſent, & tollant, & alia ſimilia faciant. Quapropter inhærentes conſtitutionibus *k* canonicis, & Prædeceſſorum noſtrorum, ſtatuimus inviolabiliter, ut Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus vita defunctis, funeribus priùs perſolutis juxtà Pontificale, & Cæremoniale Romanum, teneantur Dignitates, & Canonici ſta-

tim

g Synodus Cuſentina. Arch. Maurelli c. 16. fol. 38. & Syn. Converſana Epiſc. Palermi cap. 13. fol. §. 5. fol. 62. facit Synod. Rhegina Archiepiſcopi Ianuarii tit. 7. §. 10.

h Nicol. lib. 4. Inſtit. civil. tit. 18. nu. 4. v. ſecus.

i Lege P. Leouſtã in theatr. Regul. v. Exequia num. 4.

k c. hac 38. c. non liceat 43. c. de laicis 46. cũ duobus ſeqq. 12. q. 2. Synod. 1. Epiſ. Tuſi in tit. de Exequ. & ſepult. c. 1. fol. 158. Synod. Biſuntina Ep. Galli p. 4. tit. 6. §. 7. fol. 329.

tim deputare duos vel ſaltem unum *l* Sacerdotem hujus Civitatis cum aſſignatione certæ mercedis à ſucceſſore noſtro exolvendæ, qui diù noctùque in Palatio Epiſcopali maneant, ſoleiterque cuſtodiant, & conſervent omnia mobilia, ne quidquam ex antedictis fiat in detrimentum dicti Palatii, & Viridarii ſub pœna interdicti earundem Dignitatum. Et ne quis damnificare præſumat Palatium, & viridarium, & inde mobilia, ſcripturas, & proceſſus eripere, vel occultare, ſententiam excomunicationis ipſo jure contra eundem fulminamus, reſervantes tàm interdictum quàm excomunicationem Sanctæ Sedi Apoſtolicæ.

l Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 16.

De Beneficiis. Cap. XI.

Cordi noſtro nulla res magis inſita eſſe debet, quam beneficiorum diſtributio, ut ea fiat dignis atque idoneis miniſtris, à quibus ſalus populorum pendet.

1 Vacante igitur Eccleſia curata, Vicarius foraneus, ut diximus, loci, ſtatim referat Nobis, ut deſuper providere valeamus, juxtà formam Sac. *a* Conc. Trid. Hoc idem faciat, ſi beneficium ſit ſimplex, tàm liberæ collationis, quàm de Iurepatronatus.

2 Cum ſit concurſus ad Parochiales, Examinatores ſub pœna excomunicationis latæ ſententiæ non præmoneant examinandos de caſibus proponendis: Examinati autem ſint ipſo facto ad illud beneficium inhabiles, & ſubjaceant pœnis à jure taxatis. Sciant ſibi eſſe prohibitum *b* ſub iiſdem pœnis quidquam antè vel poſt examen accipere illius occaſione: eamdemque excomunicationem Summo Pontifici reſervatam extendimus *c* adverſus mediatores, & alios, qui hæc ſciant, & non revelent, tàm de præterito quàm in futurum.

3 Beneficium nondùm vacans quicumque petere præſumpſerit, nedum ad illud, verùm etiam ad alia quæcumq; inhabilis *d* declarabitur.

4 Iuſpatronatus nemini reſervetur, niſi ad formam *e* juris, ſcilicet ex dotatione de propriis bonis, conſtructione vel fundatione: Si aliàs fuerit de præterito reſervatum, vel in poſterùm reſervetur, nullius ſit momenti.

a Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 18. Synod. 3. Ep. Tuſi in tit. de colat. benef. §. oltre di ciò fol. 44.

b Trid. d. ſeſſ. 24. de ref. c. 18. §. caveantque.

c Extrau. cum deteſtabile, §. fin. de ſimon.

d Maſſolr. de nod. dub. 61.

e Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 9. ubi Barboſ. Gav. in n an. v. Iuſpatronatus nu. 1.

5 Reſervationes Iurium patronatus, & quæcumque aliæ fundationes Cappellarum non fiant abſque competenti dote, ſaltem ſex ducatorum in annum, ſuper cenſibus, vel bonis, ſi ſint cum onere Miſſarum.

6 Praxis, quam Cancellaria noſtra ſervabit, ea erit in beneficiorum fundatione. Primò fiat publicum documentum dotationis beneficii fundandi in tali Eccleſia, ſub titulo N. & cum onere, vel abſque. Secundò exhibeatur exemplum illius, cum memoriali, & expediantur *f* literæ edictales, ſi ſit aliquis ſimul præſentandus à primæva illius erectione, quæ reproducantur cum ſua relatione. Tertiò poteſt interim capi informatio ſuper valore, & fructu bonorum in dotem aſſignatorum. Tandem expediri decretum, & literæ, ſeù Bullæ cum inſertione hujuſmodi decreti, & poſt regiſtratas in Regeſto dentur exemplatæ fundatori,

f Corrad. in prax. benef. lib. 4. c. 3. n. 27.

tori, & in charta pergamena ſcripta pro majori conſervatione.

7 In prǽſentatione, & inſtitutione is erit ſtylus. Primò benè erit, ſi prǽſentans, & prǽſentandus perſonaliter accedunt ad Curiam, dantes libellum prǽſentationis ſuper quo expediantur literǽ Edictales. Secundò reproducantur hujuſmodi literǽ cum relatione affixionis, & juſtificentur cum literis fundationis, cum fide obitus ultimi illius poſſeſſoris, & collationis beneficii, & cum aliis documentis ſuper pertinentia Iurispatronatus. Tertiò ante decretum audiatur Procurator *g* fiſcalis pro faciendis ſuis inſtantiis, quibus, ſi non procedant, rejectis, expeditur decretum, & cum illius inſertione Bullæ, non in papyro, ſed in charta pergamena.

8 Poſſeſſio beneficii, ſivè ſit collativi, ſivè de Iurepatronatus, ſivè proviſio ſpectat ad Sedem *h* Apoſtolicam, ſivè ad *i* Nos, nullo modo capiatur abſque Bullis, ſub pœnis taxatis à Iure, & Conſtitutionibus ſacris. Et ſemper fiat tranſactio, ubi de Iure habet locum, cum Camera Apoſtolica, & pro illius parte cum Nuntiatura Neapolitana pro fructibus pendẽtibus juxtà Bullam B. Pii incip. *Cupientes*. Et ſemper à tergo illarum actus poſſeſſionis rogetur à Tabellione: in quibus etiam fidei profeſſio, ſi requiratur, notari poterit.

9 Pro prǽſentationibus faciendis nihil *K* à Patronis accipi poteſt, nèc à præſentatis dari: nec minùs aliqua pactio, ſeù promiſſio inter eos fieri, alioquin tàm Patroni, quàm præſentati præter excomunicationem contra ſimoniacos latas, & alias pœnas, poſſint à Nobis pro noſtro arbitrio criminalitèr puniri, & nulla ſit prǽſentatio, & inſtitutio aliàs ſequuta.

10 Reſignantes *l* Parochiale beneficium, per triennium ad aliud nõ admittantur. Dimiſſiones hujuſmodi beneficii Curati non recipiantur in Curia, niſi ex cauſis deſignatis in conſtit. B. Pii V. incipien. *Quanta Eccleſiæ*. Sin verò beneficium *m* erit de Iurepatronatus non admittatur dimiſſio, niſi audito priùs Patrono, eoque non diſcrepante.

11 Nemo abſque diſpenſatione Apoſtolica habere præſumat tria, *n* vel plura beneficia, etiam ſimplicia, ſivè ſufficientia, ſivè inſufficientia ad ſuſtentationem: & qui hactenùs ea habuiſſe noſcitur, vel dimittat, vel ab Vrbe diſpenſari curet; aliàs ſi fuerint retenta ultra ſex menſes, vacent omnia.

12 Inhabiles *o* denique declaramus ad beneficia eos, qui ad vacantis beneficii præſertim Curati proviſionem obtinendam literas commendatitias ſibi procurant, vel interceſſiones: vel qui munera Nobis, Examinatoribus, vel aliis Miniſtris largiuntur, firmis remanentibus cæteris pœnis à jure ſtatutis.

g Corrad. in d. prax. lib. 4. c. 4. num. 5.

h Conſ. Pauli III. & Iulii III. citata à Roſa de exec. lit. p. 1. c. 2. n. 8. & ſeqq.

i Synod. prim. Epiſc. Tuſi in tit. de beneſ. c. 2. fol. 136. & Zerola v. Bulla num. 1.

K Synod. prim. Ep. Tuſi in tit. de beneſ. c. 16. fol. 138. Synod. Rhegina Arch. Ianuar. tit. 8. §. 15.

l Synodus Lucana Cardin. Spinol. e p. 4. c. 2. num. 17.

m Ric. in pra. tit. de Inreſ. reſ. 203. Tond. qq. beneſ. p. 2. c. 4. §. 7. nu. 7.

n Barb. lib. 3. de univ. Iur. c. 13. Gav. in man. v. beneſ. plur. in addit. nu. 2. & ſeqq. Nicol. libr. 3. Can. tit. 4. nu. 32. v. niſi.

o S. Carolus in Concil. Prov. 1. in tit. quæ pertinent ad collationem beneficii, §. quæ beneficium, Syn. Lucana Card. Spinol. e p. 4. c. 2. n. 5. Synodu. S. Marci Epiſ. Iudelli tit. 28. decret. 4. f. 189.

De Seminario. Cap. XII.

TRidentini Concilii decreto parentes noſtri Prædeceſſores ſitum quam aptum delegerunt, & ædificium ſatis amplum extrui curarunt,

runt,ubi collegiatim viginti quatuor puerorum numerus alitur, cui ut etiam literis, diſciplinisque Eccleſiaſticis benè inſtitueretur, noſtri adventus initio has conſtitutiones præſcripſimus.

1 Pauperes præcipuè in Seminarium recipiantur, qui ſint ætatis, non infra annos duodecim,& decimumquintum non excedant, ſint bonæ indolis,in hac Diœceſi ex legitimo matrimonio nati, prima initiati tonſura,& cautionem præſtent de reſarciendis ſumptibus, ſi abſque noſtra facultate è Seminario diſceſſerint,vel propter improbitatem expulſi fuerint,aut ad ſacros ordines promoveri neglexerint.

2 Per noſtrum reſcriptum admiſſi ſecum deferant, quæ ad veſtitum,& lectum neceſſaria ſunt,necnon ſuperpelliceum cum bireto, Officium Beatæ Virginis,coronam, librum aliquem ſpiritualem,alioſque, quibus in gymnaſio uti debent, & capſam.

3 Rectori honorem, & obedientiam exhibeant, ſignis campanulæ, quibus quotidianæ exercitationes denunciantur, celeres ſe præbeant, omniaque ſtatis temporibus peragant. Summo manè per ſemihoram mentali orationi vacent, de Beata Maria Virgine officium alternis vocibus canant, Miſſæ ſacrificio interſint, & quolibet horologii ictu primis ſalutationis Angelicę verbis Deiparam Virginem colant: veſperè verò cum ejuſdem litaniis una Roſarii parte recitata per horę quadrantem conſcientiam diligenter excutiant,ut cubitum eant.

4 Dominicis, & feſtis in Cathedrali ſacras functiones exerceant, Altari miniſtrãtes,inſtructionem eis traditam ſervent exactè,atque Chriſtianam profiteantur doctrinam; prima, & tertia cujuſcunque menſis Dominica, ac in feſtis ſolemnioribus Chriſti Domini, & Beatæ Virginis confeſſione expurgati, ſacram ſumant Euchariſtiam.

5 Munditię corporis, rerumque ſuarum inſiſtant, aliorum defectibus compatientès, mutuam omni ſtudio benevolentiam amplectantur,caveant tamen à privatis amicitiis, vel nimia inter ſe familiaritate, verba minùs honeſta devitent, & alios etiam jocosè non tangant.

6 In gymnaſio modeſtè verſentur,lectiones attentè audiant, literas graphice exarare ſtudeant,& cantum firmum omnes,idonei verò etiam figuratum,Pręceptoribus obedientes perdiſcant; nunquam autem ad januam accedant, niſi de Rectoris conſenſu, conſanguineos tantùm virilis ſexus per cratem ferream allocuturi.

7 Modeſtiam pariter commendamus in triclinio,ubi antequam diſcumbant,Rector benedicat menſę,& poſt refectionem gratias agat,cui omnes ſtantes detecto capite reverenter reſpondeant,eiſdem verò edere non liceat, antequam ipſe Rector comedere, & Lector legere non inchoent: in menſa ſinguli legant,& inſerviant,& extrà tempora conſueta non comedant; Sabbato autem die cœna abſtineant,Paſchalis tempore excepto, niſi in ipſa hebdomada fuerit aliqua vigilia.

8 Extra Seminarium violacei coloris veſtes cum manicis pendentibus uſque ad talos induant, nimis feſtinanter non incedant, altiùs non loquantur, & oculis non vagentur; animum relaxandi cauſa in quinta-

fera

ſeria ne ludis vetitis ſe exerceant, ſed globis ligneis, pyramidulis, vulgò, (li brilli) vel etiam latrunculis utantur.

9 Rector ætate provectus, auctoritate gravis, atque Clericalis diſciplinę peritus ſtudeat, ut ea, quæ ad ſpiritualem progreſſum ſpectant, recto ordine fiant; pias cohortationes ſępè ad Clericos habeat, eorum mores obſervet, capſas quandoque perquirat, & cautè loca in dormitorio diſponat, in quo de nocte lumen ardeat, ipſeque interdum vigilet; charitate pręſertim in infirmos excellat, portę clavem ſemper apud ſe ſervet, miniſtrorum diligentiam inquirat, delinquentes debitis pœnis afficiat, at nullum Nobis inconſultis eiiciat.

10 Poſt feſta Reſurrectionis Domini noſtri, & Nativitatis Beatæ Virginis per Nos, aliis etiam Examinatoribus adhibitis, examen habeatur circa Clericorum in literis progreſſum, morum diſciplinam temporalium adminiſtratione non prætermiſſa.

11 Procurator librum habeat, in quo ſingillatim tempus, nomen, & patriam Clericorum, qui in Seminario recipiuntur, deſcribat, eorum neceſſitatibus proſpiciat, & annis ſingulis computa reddat coram Nobis, & Deputatis ſervata forma Concilii Tridentini.

12 Abſoluta Sacra Ordinatione in menſe Septembris, dimittantur Clerici vacationum cauſa uſque ad feſtum Sanctorum Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, tali pacto, ut qui per totam diem Octobris ultimam non redierit, cenſeatur excluſus.

De foro, & Cancellaria Epiſcopali. Cap.XIII.

MVltò plura ſuper præſenti capite cumulanda ſunt, cum pertineant ad rectam juſtitiæ adminiſtrationem, quæ ſcopus noſter, & finis erit.

1 In primis decernimus ob amplitudinem noſtræ Diœceſis, in judiciis noſtri fori illos ſolummodò dies, qui ſunt de præcepto, ſervandos, in quibus judiciorum ſtrepitus de jure conquieſcere debet. Quinimò etiam in diebus feſtivis prompta erit Curia noſtra ad expeditionem negotiorum extrajudicialium, ut miſereamur pauperum.

2 Conſtitutionem aliàs editam à fel. record. Clementis VIII. incip. *Litium diſpendiis*, de nullitatibus non attendendis in ſtatu Eccleſiaſtico præter tres illas, quæ proveniunt, ex citationis defectu, juriſdictionis, ac mandati, in foro *a* quoque noſtro ſervandum ſtatuimus, cæteris nullitatibus penitùs excluſis. Iuramentum *b* calumniæ ad evitandum periuria reiicimus.

3 Superſeſſorias, & dilationes favore Debitorum contra Creditores nullo modo concedendas ſtatuimus, niſi cōfeſſi fuerint debitum, & præſtent cautionem de ſolvendo poſt lapſum termini, qui ſemel concedi debet, & non ultra menſem, & antè expeditionem mandati executivi.

4 Ad reſ[illegible]andas calumnias, & dilationes non ampliùs à reis *c* petatur copia libelli, vel citationis, niſi ſuis expenſis: ſed teneatur actor ſim-

a *Synodus Bituntina Epiſc. Galli p.4.tit.6. §.9.*

b *Marant. de ſpec.p.6.in tit. de Iuramento num.11.*

c *Peregrin. in prax. p.2. ſect. 1. ſubſect. 5. num. 2.*

plicem copiam per extenſum dare eiſdem, quando Curſor citabit, & nullo modo dare libellos, & citationes originales, niſi in promptu reſpondere vellent, & de hoc fiat mentio in relationibus, ſcilicet de dimiſſione copiæ.

5 Loco Pragmaticæ de Aſſiſtentia ſemper in Regno uſitata, etiam in Curiis Epiſcopalibus, ſervari cupimus judicium Salviani, vel aſſociationis, prout de jure, & in Curia Romana practicatur, ne judicia, quæ in Curia noſtra ſervari ſolent juxtà currentem praxim, reddantur eluſoria in partium diſpendium, ubi appellatum fuerit; Cõſtitutionem, *ſancimus* de jure prothomiſeos, ſeù de jure congruo excludimus à noſtra Curia.

6 Item loco Conſtitutionis, ſeù Bullæ Papæ Nicolai V. inſertæ in Pragmatica prima de cenſibus ſervari jubemus Cõſtitutionem B. Pii V. pro cenſibus, qui favore Eccleſiarum imponuntur à perſonis Eccleſiaſticis.

7 Similiter in locum obligationis via Ritus *d* Magnæ Curiæ Vicariæ pro inſtrumenti reſciſſione ſervetur obligatio Cameralis, ita tamen ut unica citatione ad ſolvendum, vel ad dicendum cauſam, quare non debeat exequi vigore obligationis Cameralis, poſſit decerni, & relaxari mandatum executivum, ſi aliud non obſtet.

8 Obligationes penes acta, tàm in Curia noſtra, quàm in qualibet alia ſæculari rogatæ, & apocæ de cambio in Vrbe appellatæ, *Pagherò*, exequi non poſſint, niſi prout vigore obligationis Cameralis, prævia *e* ſemper citatione. Nec poſſint exequi pro pœnis, & mulctis vigore pœnæ à contrahentibus appoſitę, niſi pro expenſis ſolitis mandati executivi, & citationum. Pro executione cæterarum apocarum, quæ ſint privatæ, ſemper præcedat citatio ad recognoſcendum.

9 Sententiæ, & decreta pronuncientur in termino juridico, ſcilicet prima die juridica, quæ quinque continet dies: & non concipiantur ampliùs citationes ad ſententiam cum illa communi clauſula, *Et deinde in anteà cum continuatione, &c.* ſed potiùs ſi cauſa uon poſſit in termino citationis expediri, vel reiteretur citatio, vel ſecundum ſtylum Curiæ Romanæ habeatur terminus pro ſervato, ideſt, ſpatium decem dierum, & ſub eodem termino poteſt ſententia dari. Non ſolùm diffinitivæ ſententiæ debent partibus notificari, verùm etiam quæ ſapiunt naturam diffinitivæ, & decreta interloquutoria.

10 In cauſis civilibus, & criminalibus, *f* quando executio realis, vel perſonalis fieri non poſſit; tunc devenitur ad cenſuras in ſubſidium: eoque caſu quando Rei citari non poſſint perſonaliter, debent ſaltem bis per edictum, vel domi *g* citari dimiſſa copia penes Conſanguineos, vel domeſticos, & alia affixa ad valvas Eccleſiæ, præmiſſis diligentiis de reperiundis citandis, & à Nuntio fieri relatio hoc modo, videlicet: *Ego N. Curſor Epiſcopalis Curiæ Mileten. medio iuramento teſtor, qualiter factis prius diligentiis, de reperiendo N. per locum N. eoque non reperto, præſentem citationem executus ſum domi ſub die, &c. & ſub die, &c. dimiſſa copia conſanguineis, vel domeſticis dicti N. citati, aliaque affixa*

ad

d *Rota penes Zacchiam de oblig. Cam. dec. 173. num. 2. & dec. 180.*

e *Card. de Luca de Iudic. diſc. 9. nu. 26.*

f *Trid. ſeſſ. 21. de refor. cap. 3. Synodus Sancti Marci Epiſc. Fadelli decr. 11. Foller. in prax. crim. qu. 44. v. licet autem, in fine.*

g *Synod. Epiſ. Panzani 2. §. 3. verſ. quia vero fol. 14. Synodus Rhegina Archiepiſ. Ianuar. tit. 24. §. 10. Vulpien. prax. c. 1. n. 48. & Pereg. in prax. Vic. p. 4. ſect. 4. nu. 18.*

ad valvas Eccleſiæ Matricis dicti loci. In cuí rei fidem ſcripſi, &c.

11 Litium diſpendia *h* evitare cupientes, decernimus, ut in cauſis ſalarii, mercedum, aliiſque levioribus infra ducatos tres, procedi poſſit etiam ſine ſcripto. In aliis verò ordinariis liceat citare per copiam, & relatio fiat in originali. Vt verò omnis avaritiæ ſuſpicio à noſtra Curia tollatur, ſervari volumus taxam Innocentianam pro cauſis ſpiritualibus, vel ſpiritualibus annexis: pro reliquis tùm civilibus, tùm criminalibus taxam, ſeù pandectam noſtræ Cancellariæ, quam revideri curabimus, & volumus quod ex albo noſtræ Curiæ pendeat.

12 Contumaces intelligantur poſt trinam contumaciam per tres dies immediatè ſuccedentes, cum decreto in calce incuſandam à Cancellario, ac ſubſcribendam à Vicario. Et in cauſis criminalibus poſſint excomunicari, & ſi per annum in contumacia perſiſtant, licet crimina, ob quæ fiunt contumaces, plenè in proceſſu non conſtent, habeantur pro confeſſis. *i* Et nihilominùs ſi delicti gravitas ità expoſtulet, procedi poſſit juxta ſtylum Curiæ Romanæ non ſolùm ad pœnam pecuniariam, ſed etiam corporalem *K* crimini patrato proportionatam. Poſt contumaciam incuſatam teneantur ad mulctam ducatorum *l* trium in cauſis levibus: & ad ſex in cauſis gravioribus, puta homicidii, ſtupri, adulterii, ſimoniæ, & ſimilibus. Vbi verò poſt contumaciam comparuerint, non poſſint audiri, niſi ſoluta priùs mulcta, & præmiſſa abſolutione, de qua conſtare debebit in actis, ſi per cedulones fuerint excomunicati, ut, ſicuti apparet in actis excommunicatio, appareat etiam abſolutio. Cedulones autem non ſolùm affigantur ad valvas Eccleſiarum locorum, ſed etiam hujus Cathedralis, ut omnibus innoteſcant.

13 In judiciis civilibus nunquam fiat condemnatio ad intereſſe ex titulo lucri ceſſantis, vel damni emergentis, niſi concurrentibus requiſitis Pauli *m* de Caſtro, & reliquis juxtà praxim Romanæ Curiæ.

14 Antiquam, & laudabilem conſuetudinem *n* hujus Curiæ, & ferè communem ubique terrarum Chriſtiani Orbis, qua mediante contra debitores etiam laicos favore Eccleſiarum, & locorum piorum, non ſolùm ex cauſa adminiſtrationis, verùm etiam pro Miſſarum celebratione, & cujuſvis alterius debiti procedatur per viam cenſurarum, retinendam duximus.

15 Monitoria pro rebus deperditis recuperandis juxtà decretum Sac. Conc. Trid. *o* debeant omni cum maturitate concedi: & ſumma debet ſaltem ſex ducatos excedere attenta paupertate gentium: ſemper exprimi debeat verbis modeſtis, itaut detentores ſub pœna excomunicationis teneantur reſtituere, & ſcientes revelare: Nunquam autem nominetur aliquis. Publicationes non fiant in feſtis ſolemnioribus, vel à Dominica Palmarum uſque ad octavam Paſchæ, & ſubſcibantur à denunciantibus, vel ſigno crucis firmentur coram Parochis, & clauſæ, & ſigillatæ ad Curiam mittantur.

16 In donationibus quæ fiunt Clericis pro aſcenſu ad ſacros ordines, gaudeant exemptione à collectis, & aliis oneribus communicativis,

h *Synod. Sancti Marci Epiſc. Indelli decr. 20*

i *Genuen. in prax. c. 32. n. 1. Peregr. in prax p. 4. ſect. 7. nu. 23.*

K *Decreta Viſitat. Apoſt. pro Diœc. Cuſent. de anno 1628. Synod. Cuſentina Archiepiſ. Maurelli cap. 28. fol. 62. Peregr. in prax. d. p. 4. ſect. 7. num. 23.*

l *Synodus Ep. Centini p. 3. c. 27. fol. 45.*

m *Bidolphin. in prax. p. 1. c. 8. n. 265. & ſeqq. Card. de Luca in tract. de uſuris.*

n *Syn. 2. Epiſc. Tuſi in tit. de caſibus reſervatis, & alia Epiſcoporum Centini, Panzani, & Maurelli.*

o *Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 3.*

quando revera ſint promoti: vel ipſi Clerici propria pecunia, & induſtria quæſierunt ſibi bona. In cæteris *p* autem, quæ fiunt à parentibus, & multotiès fraudulenter, gaudeant pro virili: & ità ſervetur in noſtra Curia circa edicta, & cedulones.

p Corrad. in prax. diſp. in append. ad lib. 4. c. 5. num. 33. fol. 22.

17 Habilitationes *q* à juramentis ad finem agendi, vel excipiendi non concedantur periuris, niſi ex cauſa metus, vel læſionis, & tunc citata parte, & inſtructo proceſſu per ſententiam diffinitivam terminetur negotium.

q Synod. Sancti Marci Epiſc. Indelli decr. 14.

18 Cancellarius noſter nullas faciat literas dimiſſorias, vel fides de vita: neque ullas extrahat ab Archivio, vel Cancellaria ſcripturas, niſi de licentia noſtra. Nec minùs originales proceſſus, vel ſcripturas penes acta exhibitas, partibus, vel aliis accommodet, niſi de licentia Vicarii pro tempore exiſtentis. Hactenùs de foro Epiſcopali; modò ad Archivium, & Cancellariam progrediamur.

19 Archivium, & Cancellaria Epiſcopalis Mileten. ex caſuali incendio ſequuto de anno 1686. 13. Novembris, remanſere penitùs abſumpta cum lachrymali jactura omnium ſcripturarum, proceſſuum, & Inſtrumentorum, ad noſtram menſam, & ſtatum univerſæ Diœceſis pertinentium, paucis admodum extra cubiculum incendii repertis. Ideò ad futuram conſervationem novos loculos, & repoſitoria fieri curavimus cum ſuis ſeris ferreis, & clavibus: & in his per ſingulos Vicariatus eorumque loca redigi ſcripturas, proceſſus, & libros.

20 Ordo igitur pro reponendis in poſterùm ſcripturis, ut jàm fieri cæpimus, hic erit ſtatuendus Cancellariis, ut in Archivio per ſuos loculos, ſeù ſcantias juxta locorum inſcriptiones, reducat in fine anni omnes ſcripturas, & proceſſus jam finitos, & terminatos, itaut civiles cum civilibus, criminales cum criminalibus, & beneficiales cum beneficialibus per ſingulos faſciculos connectat, & conjungat. Et ſemper ità ſervent, conficiendo inventarium *r* ad formam conſtit. B. Pii V. incipien. *Muneris noſtri*. Pro cauſis commiſſis extra Diœceſim deputetur ſpecialis loculus in Archivio: ſic etiam pro cauſis, & proceſſibus formatis, & formandis in materia de Sancto Officio, cuius clavis ſemper apud Nos eſſe debebit, & nemini credatur.

r Quarant. in Bull. v. Inventarium.

21 In Cancellaria reponantur omnes ſcripturæ, & proceſſus matrimoniales ſuper executione diſpenſationum. Secundò omnes proceſſus in materia de Ordinationibus. Tertiò omnes libri Viſitationum: ſic etiam regiſtra Ordinum, libri concurſuum beneficiorum, literarum collationum beneficiorum, Inventaria, ſeù plateæ Eccleſiarum, ſcripturæ ad noſtram Menſam attinentes, vel ad Seminarium, Hoſpitale, & Montem piũ huius Civitatis. Tandem libri omnium edictorum, & alii commemorandi inferiùs.

22 Hujuſmodi autem libri fiant, & aſſerventur in Cancellaria. Primus erit liber, in quo annotentur receputæ proceſſuum, & ſcripturarum, quas conſignare debebit Cancellarius pro tempore perſonis Eccleſiaſticis huius Civitatis, non verò partibus.

2 Liber

2 Liber, ubi annotentur omnes obligationes penès acta huius Curię à partibus pro tempore faciendæ.

3 Liber, in quo annotentur omnes Rei, & Contumaces, qui vel condemnati, vel liberati dimittuntur.

4 Liber, in quo deſcribantur profeſſiones fidei.

5 Liber pro diſceſſuris ex noſtra Diœceſi cum literis dimiſſoriis.

6 Liber pro ordinandis à Nobis, vel cum dimiſſoriis noſtris ab aliis Epiſcopis.

7 Liber, in quo extendantur examina teſtium pro verificandis diſpenſationibus Apoſtolicis, pro decretis matrimonialibus, & pro atteſtationibus paupertatis.

8 Liber, in quo omnia decreta matrimonialia à Vicario pro tempore ſubſcribenda extenduntur, ſic etiam alia pro verificandis mandatis Apoſtolicis de diſpenſan.

9 Liber pro concurſibus beneficiorum.

10 Liber pro fundationibus Iuriumpatronat. & literis inſtitutionum.

11 Liber pro annotandis patentibus Confeſſariorum.

12 Liber pro Edictis, quæ à noſtra Curia emanant.

13 Liber, in quem redigantur juxtà ſeriem temporum omnes Bullæ Apoſtolicæ, Iubilæi, literæ Sacrarum Congregationum, & ſimiles.

14 Liber pro literis Conſervatorum à Regularibus eligendorum.

15 Liber pro annotandis Clericis Sylvaticis, & Servientibus noſtræ Curiæ.

23 Si quis autem Nobis viventibus, vel ſucceſſoribus noſtris, ſurripuerit, vel laceraverit ſivè in parte, ſivè in toto, vel etiam caſſaverit proceſſus, libros, vel ſcripturas noſtri Archivii, vel Cancellariæ, ipſo iure excomunicationem incurrat Nobis reſervatam: quam reſervare intendimus Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, ſi hæc auſus fuerit facere de tempore huius Sedis vacantis. Hanc ſ eandem excomunicationem adverſus eos, qui de præterito proceſſus, & ſcripturas huiuſmodi ſublatas penès ſe retinent, & non reſtituunt: & contra ſcientes, & non revelantes. Hoc idem extendimus ad illos, qui hoc fecerint de præterito, vel in futurum contra Archivium huius Capituli, vel aliarum Eccleſiarum, & locorum piorum quorumcunque.

ſ *Synodus Bituntina Epiſc. Galli p.4.tit.6. §.4.fol.328.*

De Cenſuris, & Caſibus reſervatis. Cap. Vltimum.

Magnoperè ad Chriſtiani populi diſciplinam a pertinet, ut atrociora quędam, & graviora crimina reſerventur in ædificationem, non in deſtructionem. Huiuſmodi autem delictorum reſervatio conſona eſt Divinæ auctoritati, & non ſolùm in externa politia, verùm etiã coram Deo vim habet. Quarè infraſcriptos caſus reſervamus, ſeveriſſimè mandantes ſub pœna excomunicationis latę ſententię Confeſſariis ſęcularibus, Regularibus verò ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, & aliis

a *Trid.ſeſſ.14. cap.7.*

latis

latis in decretis b Clementis VIII. ne quis audeat ſinè noſtra licentia ab illis abſolvere, præterquam in articulo mortis.

b *Decr. Papæ Clem. VIII. 9. Ianuar. 1601. & 26. Novembris 1602.*

Caſus reſeruati.

1 HOmicidium voluntarium, vel abortum animati fętus committentes, procurantes, auxilium, vel conſilium dantes.

2 Allocutio cum Monialibus, etiam in ſcriptis, & vice verſa allocutio earundem Monialium cum viris, exceptis Conſanguineis in primo gradu.

3 Falſificantes menſuras, vel pondera, falſum deponentes in iudicio, vel cęcas literas, aut cum ſuppoſitis nominibus ſcribentes, vel ſcribi mandantes, & conſulentes.

4 Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis etiam ſpiritualis, ac peccata beſtialitatis, & ſodomiæ ultra quatuordecim annos, necnon concubinatus ultrà duos menſes.

5 Parentum, aut Clericorum etiam privatè, ac leviter percuſſores, ad quos ex officio correctio non ſpectat.

6 Medicorum acceſſus ultrà tres dies ad ęgrotos non confeſſos.

7 Blaſphemantes Deum, Beatam Virginem, ac Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, à fortiori verò blaſphemię hęreticales.

8 Veneficia, maleficia, incantationes, ſuperſtitiones, & ſortilegia cum dœmonis invocatione etiam tacita.

9 Virginum defloratores, earumque raptores etiam cōſentientium.

10 Non ſolventes decimas, legata pia, vel Eccleſiaſtica debita quęcunque.

11 Emittentes eiulatus, vel capillos evellentes mulieres exequiarum tempore in Eccleſiis.

12 Facientes donationes fictitias Ordinandis patrimonium non habentibus.

13 Cenſurę omnes, quę in Synodo continentur.

Vt autem in huiuſmodi caſuum reſervatione tollatur omnis difficultas, ſciant omnes. Primò quod excomunicati etiamſi non fuerint per cedulones, vel notorii Clericorum percuſſores ſacrum a audire non poſſunt. Secundò noſtrę intentionis non eſſe, quod eadem reſervatio locum habeat in maribus antè annum decimum quartum, aut in fœminis cuiuſcunque ætatis, circa quas Nobis tantum reſervamus caſus octavum, & undecimum. Tertiò allocutionem cum Monialibus extendi ad Converſas, & Educandas. Quartò inceſtum affinitatis intelligi reſervatum ex utraque copula. Quintò in caſum reſervatum ſtupri incidere, qui cum ſponſa antè matrimonium de pręſenti rem habet. Sextò ſodomiam intelligendam eſſe inter mares tam agentes, quàm patientes. Septimò concubinatum dici, etiamſi Mulier non ſit in eadem domo. Octavò blaſphemias hęreticales illas eſſe, quę continent errorem contra fidem, Exempli gratia, *al diſpetto di Dio, rinigo Dio, la Croce, il Batteſimo,*

a *Bonac. tom. 1. in tract. de excommunicatione diſp. 2. qu. 2. p. 3. §. 2. nu. 1.*

teſimo,Dio inginſto, & alia ſimilia: Vox illa verò nimiò plus frequens in ore populari: Manaia, quod eſt idem, ac dicere: ***Mal habbia***, addendo animata,vel inanimata, non eſt blaſphemia, ſed imprecatio, quę tamen Chriſtianum valdè dedecet, ſicuti etiam aſſidua dœmonis nominatio, quę magnum ſcandalum gignit.

Tandem omnia, & ſingula, quę in hac Synodo decreta ſunt, iudicio Sanctę Romanę Eccleſię ſubmittimus. Volumus autem, ut pręſentes conſtitutiones Synodales afficiant quoad pœnas pręſcriptas poſt impreſſionem pręſentis Synodi. Quòd ſi in reliquis, nulla appareat certa pœna impoſita,intelligatur arbitraria, cum facultate augendi, vel minuendi pœnas impoſitas. Caſſamus propterea omnes, & ſingulas pœnas, & cenſuras à Prędeceſſoribus noſtris,vel à Nobis inflictas: volentes ſolummodo quod eorum Synodi vim habeant ſolum quoad Inſtructionem in his, quę pręſentibus noſtris Conſtitutionibus non refragantur. Occurrente aliquo dubio ſuper iiſdem,noſtrum erit interpetrari,quemadmodum noſtrum fuit condere iuxtà vulgatum.

Petitiones facta à Rev. D. Dominico Crudo, Canonico Eccleſia Cathedralis Procuratore Rev. Cleri Civitatis, & Diœceſis Mileten. cum reſponſionibus deſuper ad ſingulas Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini Epiſcopi.

ILluſtriſſime,& Reverendiſſime Domine. Reverendus Clerus ſupplicat,& petit ab Illuſtriſſima Dominatione veſtra hęc,quę ſequuntur.

1 Vt provideatur,ne mares, & fœminę poſt annum nonum eorum ętatis ſimul dormiant in eodem lecto,ad evitanda peccata inceſtus, & incentiva ad venerem. Et Illuſtriſſimus mandavit Confeſſariis, ut illos non abſolvant, niſi ſeparentur: neque Parentes,qui id permittunt.

2 Cum ob longam diſtantiam inter loca ſubſcripta non poſſit ęquè benè Vicarius foraneus invigilare, dignetur Illuſtriſſimus Dominus diſmembrare ab antiquis Vicariatibus,eaque aſſignare Vicariis viciniorbus, videlicet Capiſtranum à Vicario foraneo Pitii ſeparare,& unire cum Vicariatu Vallislongæ: Montemſanctum cum Vicario foraneo Filogaſii,& Stephanaconum dividere à Vicariatu Belfortis, & annectere cum Vicariatu Montisleonis. Et per Illuſtriſſimum Dominum fuit dictum. Placet.

3 Non eligantur Adminiſtratores ſine Parochi interventu: nec adminiſtratores accipiant pro ſeipſis, vel eorum Conſanguineis Olivas, & alios redditus, ſed vendant extraneis: libri adminiſtrationum detineantur in arca vel penès Parochum. Illuſtriſſimus Dominus dixit:Placet.

4 Regulares non audeant in Eccleſiis ſęcularibus, vel in proceſſionibus,quę fiunt per Clerum,functiones peragere. Et Illuſtriſſimus Dominus mandavit ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, &c. Sacerdotibus, ſi id permittant: & ſub pœna interdicti reſpectu ſęcularium.

5 In

5 In celebratione Miſſarum adhibeantur candelæ duraturæ uſque ad finem ſub pœna carulenorum decem applican. uſibus piis, dempta tertia parte pro Vicariis foraneis. Et idem Illuſtriſs. reſpondit : Placet.

6 Non liceat mulieribus occaſione proceſſionum clauſtra Regularium ingredi, vel occaſione Viatici:nec minus iiſdem liceat devotionis cauſa publicè ſanguinem mittere. Et Illuſtriſſimus Dominus reſpondit affirmativè per verbum Placet.

7 Parochus loci nullatenus accedat viſitaturus Mulieres in lecto parturientes,aliàs ſeveriſſimè puniatur, excepto caſu confeſſionis. Illuſtriſſimus Dominus annuit.

8 Quod ſponſis de recenti non immittantur poma, mala aurea,& ſimilia:nec minus ſponſis ſenibus, vel viduis effundantur verba irriſoria,& indecentia. Illuſtriſſimus Dominus id vetuit ſub pœna excomunicationis.

9 Quod Sacerdotes,& Clerici nullatenus funeribus, & exequiis aſſiſtant abſque cotta, & bireto. Illuſtriſſimus Dominus ita ſervari mandavit ſub pœna ſuſpenſionis, & aliis ad arbitrium reſpectu eorum, qui ſacris non fuerint initiati.

10 Quod campanæ Eccleſiarum ſecularium non pulſentur abſque Parochi licentia.Et Illuſtriſſimus Dominus indulſit ſub pœna arbitraria.

11 Quod nemo audeat ex Tabellariis vulgò le poſte accipere literas alienas abſque mandato eorum quibus diriguntur. Et Illuſtriſſimus Dominus expreſsè prohibuit ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

12 Quod occaſione refugii nullus in Eccleſiis habitet ſimul cum uxore, & filiis,ac bonis.Illuſtriſſimus Dominus iniunxit Parochis,ut de hoc certiorent eundem Præſulem pro deſuper providen.

13 Quod ad finem nutriendi inhoneſta commercia multi vocentur compatres,& commatres abſque eo quod realiter ſint.Et idem Illuſtriſſimus vinculo excommunicationis ſibi reſervatæ prohibuit.

14 Quod abuſus petendi quàm ſæpiſſimè de nocte Sanctiſſimum Viaticum ſit tollendus.Et Illuſtriſſimus Dominns præcepit non deferri, niſi priùs neceſſitas Parochis innoteſcat, & in tali caſu Mulieres excludi.

Acta Notarii Synodi.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, Indictione xv. die verò xvi. menſis Aprilis. Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. anno primo fæliciter. Amen.

Sanctiones, & Decreta in hac ſecunda Diœceſana Synodo contenta, per Rev. D. Ioſephum Mele ejuſdem Secretarium, alta, ac intelligibili voce lecta, & promulgata fuerunt intùs in hac Cathedrali Eccleſia coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Octavio Paravicino Patritio Mediolanenſi, Epiſcopo Miletenſi, die xiv. de manè, & poſt Veſperas, eodemque modo die xv. & die xvi. de manè tantùm dicti currentis menſis Aprilis. Præſentibus Adm. R R. DD. Dignitatibus, & Canonicis ejuſdem Cathedralis; necnon R R. DD. Dignitatibus, & Canonicis Collegiatarum, Archipresbyteris, Parochis, & Vicariis foraneis totius Diœceſis, qui ſupradictas Conſtitutiones, Decreta, & omnia in dicta Diœceſana Synodo contenta, bene audita, & intellecta, ſinè ulla contradictione receperunt, & viva voce, unanimiter, nemine diſcrepante, per verbum (Placet) laudarunt, & approbarunt. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, inſtante Rev. D. Dominico Talotta I. V. D. Canonico prædictæ Cathedralis Eccleſiæ, & præſentis Synodi Promotore fiſcali, præſens publicum Inſtrumentum confeci, me ſubſcripſi, meoque ſigno ſignavi. Datum Mileti die, menſe, & anno, qui ſuprà.

Ita eſt D. Philippus Cuyurius Parochus Moctæ Stephanaconi publicus Apoſtolica Auctoritate Notarius, manu, ſignoque propriis, requiſitus rogavi, &c.

Octavius Paravicinus Patritius Mediolanen. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Mileten. Epiſcopus, Baro Galatri, eidemque S. Sedi immediatè ſubiectus. Dominicus Martyr I. V. D. in ſpiritualibus, & temporalibus Officialis, & Vicarius Generalis. Vniverſis, & ſingulis præſentes viſuris, &c. notum facimus, atque teſtamur ſupradictum R. D. Philippum Cuyurium, eſſe talem, qualem ſe facit, Notarium Apoſtolicum, fidelem, ac legalem, ejuſque ſcripturis tàm publicis, quàm privatis fuiſſe ſemper adhibitam, ac de præſenti plenam adhiberi poſſe fidem, tàm in judicio, quàm extrà. In quorum &c. Datum Mileti ex Epiſcopali Palatio hac die 13. Octobris 1692.

DOMINICVS MARTYR VIC. GEN.

Loco Sigilli.

F[illegible]us Cancellarius.

INDEX
PRÆSENTIS SYNODI.

SESSIO PRIMA.

De Fide Catholica .Cap.I. *fol.*1.
De Doctrina Chriſtiana.Cap.II. *ibid.*
De Verbi Dei prædrcatione . Cap.III. *fol.*2
De Sacramentis ritè adminiſtrandis. Cap.IV. *fol.*4.
De Baptiſmatis Sacramento. Cap.V. *ibid.*
De Confirmatione. Cap.VI. *fol.*6.
De Sacramento Pœnitentiæ. Cap.VII. *ibid.*
De Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento . Cap.VIII. *fol.*8.
De Extrema Vnctione. Cap.IX. *fol.*10.
De Sacramento Ordinis . Cap.X. *fol.*11.
De Matrimonii Sacramento. Cap.XI. *fol.*14.

SESSIO SECVNDA.

De Vita, & Honeſtate Clericorum. Cap.I. *fol.*17.
De Canonicis, & Dignitatibus. Cap.II. *fol.*19.
De Parochis. Cap.III. *fol.*22.
De Vicariis Foraneis. Cap.IV. *fol.*25.
De Adminiſtratoribus locorum piorum. Cap.V. *fol.*26.
De Monialibus. Cap.VI. *fol.*29.
De Regularibus. Cap.VII. *fol.*32.
De Quæſtoribus. Cap.VIII. *fol.*34.
De Meretricibus, & Concubinis. Cap.IX. *ibid.*
De Vſurariis. Cap.X. *fol.*35.

SESSIO TERTIA.

De Sacroſanctis Eccleſiis, earumque veneratione. Cap.I. *fol.*37.
De rebus Eccleſiæ non alienandis. Cap.II. *fol.*40.
De Viſitatione Eccleſiarum. Cap.III. *fol.*42.
De Immunitate, & libertate Eccleſiaſtica. Cap.IV. *fol.*44.
De Sacroſancto Miſſæ Sacrificio. Cap.V. *fol.*45.
De Chori diſciplina. Cap.VI. *fol.*47.
De Feſtorum, & Ieiuniorum obſervantia. Cap.VII. *fol.*48.
De Exorciſmis. Cap.VIII. *fol.*51.
De Proceſſionibus. Cap.IX. *ibid.*
De Funeribus, & Sepulturis. Cap.X. *fol.*52.
De Beneficiis . Cap.XI. *fol.*54.
De Seminario. Cap.XII. *fol.*55.
De Foro, & Cancellaria Epiſcopali. Cap.XIII. *fol.*57.
De Cenſuris, & Caſibus reſervatis. Cap.Vlt. *fol.*61.
Caſus reſervati. *ibid.*
Petitiones factæ à Procuratore Rever.Cleri. *fol.*63.

RECOLLECTIO CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM, RESOLVTIONVM SACRARVM CONGREGATIONVM,

Et aliorum documentorum ad præſentem Synodum pertinentium;

Pro uſu peculiari Parochorum, & Sacerdotum Civitatis, & Diœceſis.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Catalogus omnium Cenſurarum in corpore iuris, Conciliis, & Conſtitutionibus.

Excomunicationes Summo Pontifici reſervatæ.

Contra omnes.

1 PErſeverantes per annum in Excomunicatione lata à Delegato Papæ. *Cap.Querenti, de offic.Deleg.*
2 Falſarios literarum Pontiſicalium. *Cap.falſariorum,de crim.falſi.*
3 Habentes literas Apoſtolicas falſas,& non deſtruentes. *Cap.Dura, eodem tit.*
4 Incendiarios ab homine excomunicatos, & denunciatos. *Cap.tuo nos, de ſent.excomun.*
5 Sacrilegos effringentes Eccleſias. *Cap.conqueſti, eod.tit.*
6 Communicantes in crimine cum excomunicatis à Papa. *Cap.nuper eodem tit.*
7 Eligentes Potentem inſignem in Senatorem Romanum. *Cap.fundamenta, de Elect.in 6.*
8 Vexantes eos, qui cenſuram in aliquos tulerunt. *Cap. quicumque, de ſent.Excomun.in 6.*
9 Abſolutos ab Excomunicatione ſub conditione, & non implentes. *Cap.eos, qui ibid.*
10 Offendentes Cardinales. *Cap.fælicis de pœn.in 6.*
11 Exigentes tributa à Perſonis Eccleſiaſticis. *Cap.Clericus de Immunit.Eccleſ.in 6.*
12 Violantes interdictum modis prohibitis in Clem. *Gravis de ſent. excomun.*
13 Falſificantes monetam Regis Franciæ. *Extravag. Ioannis XXII. Prodiens de crim.falſ.*
14 Exenterantes corpora Defunctorum. *Extravag.2.de ſepulturis.*
15 Violantes interdictum Sedis Apoſtolicæ. *Extravag.Et ſi Dominici de pœnis, & remiſſ.*
16 Conſpirantes in Perſonam Romani Fontificis. *Ibidem.*
17 Dantes, & recipientes ob ingreſſum Religionis. *Extrav.2.de ſimon.*
18 Simoniacos in Ordine,& Beneficio. *Extravag.2.eod.tit.*
19 Taxantes opiniones de Conceptione B.Mariæ Virginis. *Extravag. Gravè nimis, de Reliq.& venerat.55.*
20 Dantes, & Recipientes pro gratia,aut Iùſtitia apud Sedem Apoſtolicam. *Extravag.1.de ſentent. Excomunic. Bulla Gregorii XIII. Cum ab ipſo Pontificatus* 24.
21 Offendentes Magiſtratus Provinciæ Marchiæ Anconitanæ. *Extrav. Ioann.XXII.Dirum de pœnis.*
22 Occupantes bona Cardinalium in Conclavi. *Decretum omnis ætas Conc.Coſtanien.& Bulla 16.LeonisX.*

23 Fingentes ſe Nepotes Cardinalium, ut expediant literas Apoſtolicas. *Bulla Innoc.VIII.cum ſicut* 11.*& Leon.X.Inhæren.*27.

24 Impedientes executionem literarum Sacræ Pœnitentiariæ. *Bulla Iulii III.Romani congruit.*

25 Supponentes ſe in examine, ut Beneficia impetrent.*Bulla Pauli IV. Intercæteras* 12.

26 Ambientes Papatum, ejuſque cauſa ſimoniam committentes. *Bulla Pauli IV.Cum ſecundum Apoſtolum* 16.

27 Committentes duellum, conſulentes, &c. *Bulla Pii IV.Eaquæ* 21. *& Gregorii XIII.Ad tollendum* 76.*& Clem.VIII.Illius vices*, 11.

28 Deferentes arma ad partes Infidelium. *Bullæ Cœnæ.*

29 Mittentes literas, aut Nuncium in Conclavi. *Bulla Pii IV.in Eligendis* 63.

30 Occupantes Bona Montium Pietatis, & locorum Piorum. *Concil. Trid.cap.*11.*ſeſſ.*22.*de Reform.*

31 Fœminas ingredientes Monaſteria Regularium, & quoſcumque ingredientes Septa Monialium. *Bulla B.Pii V.Regularium* 20.*& Gregorii VIII.ubi gratiæ* 28.

32 Suadentes Papæ, ut infeudet loca Eccleſiæ. *Bulla B.Pii V.admonet nos*, 35.

33 Capientes Chriſtianos habitantes inter Turcas. *Bulla B.Pii V. licet omnibus*, 149.

34 Committentes ſimoniam confidentialem. *Bulla B.Pii V.intolerabilis*, 85.

35 Non revelantes conſpiratores contra Cardinales. *Bulla B.Pii.V. Infelicis*, 93.

36 Proponentes Populo Indicem caſuum, & Indulgentias.*Bulla Beati Pii V.quam plenam.*99.

37 Accipientes fructus primi, & ſecundi anni beneficii vacantis. *Bulla B.Pii V.durum nimis*, 104.

38 Impugnantes Inſtitutum Societatis Ieſu. *Bulla Gregorii XIII. Aſcendente*, 89.

39 Facientes jurare illicita, & contraria libertati Eccleſiaſticæ. *Bulla Gregorii XIII.Inter Apoſtolicas*, 93.

40 Diripientes animalia, & alia bona ex Eccleſiæ ſtatu. *Bulla Gregorii XIII.non ſine gravi*, 98.

41 Violantes Eccleſiaſticam immunitatem. *Bulla Gregorii XIII.Cum alias nonnulli*, 7.

42 Docentes, poſſe fieri confeſſionem ſacramentalem in abſentia. *Clemens VIII. in decreto edito in Congregatione S.Officii* 20. *Iunii* 1602.*& in conſtitutione* 87.

43 Extrahentes frumentum ex Eccleſiaſtico Statu,& locis immediatis. *Bulla Pauli V. Inter graviſſima.*

Con-

44 PArticipantes cum Excomunicato à Papa. *Cap.comunicavit, de ſentent.excom.*

45 Inducentes ad jurandum de eligenda ſepultura. Clemen. *Cupientes, §.ſanè de pœnis.*

46 Procurantes alienationem Eccleſiarum. *Bulla Pauli II. cum in omnibus 2:*

47 Procurantes eligi in ſucceſſorem Papæ. *Leo X.in Conc. Lateranen. ſeſſ.5.& Bula Iulii II.cum tam Divino, 2.*

48 Prædicatores, qui non ſervaverint decreta pro eis in Lateranen. *Leo X.in conc. Lateranen.ſeſſ.2.*

49 Parochos non adimplentes Iuramenta de reſidendo. *Conſtit.87. Pii IV.*

50 Retinentes Beneficia in confidentiam. *Bulla* Pii *IV. Romanum Pontificem 85.& Bulla* Pii *V.Intolerabilis.85.*

51 Abſolventes ſub prætextu privilegiorum à caſibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinariorum. *Extravag.Et ſi Dominici de pœnitent.& remiſſ. & ſub Clemente VIII.decreta Sacræ Congregationis anno 1602.*

52 Trahentes Eccleſiaſticum ad forum laicale. *Bulla Martini V. ad reprimendas,* 10.

53 Conſentientes uſurpationibus Eccleſiarum.*Conc.Trid.cap.*11.*ſeſſ. 22.de Reformat.*

Contra Religioſos.

54 ADminiſtrantes Sacramenta Extremæ unctionis, vel Matrimonia ſolemnizantes ſine licentia Parochi. *Clement.1.de privil.*

55 Euntes ultrà mare ſine licentia Superiorum. *Extravag.ad noſtrum, de Regular.*

56 Mendicantes tranſeuntes ad non Mendicantes. *Extravag. viam ambitioſæ, de Regul.*

57 Retinentes Apoſtatas Dominicanos. *S.Antoninus 3.p. tit.24.cap.7. Ex Bonifacio* Papa.

58 Moniales exeuntes de clauſura abſque licentia. *Bulla Beati* Pii *V. Decori,* 8.

59 Superiores non denunciantes eos, qui ſollicitant mulieres in confeſſione. *Bulla* Pauli *V.26.*

60 Minores recipientes Fratres Ordinum Prædicatorum.*S.Antoninus 3.p.tit.24.cap.70.*

61 Minores de obſervantia ſubornantes in electionibus, *Bulla B.*Pii *V. Paſtoralis,* 128.

62 Clauſtrales recipientes Minimos ſine licentia Papæ. *Bulla Iulii II. Virtute conſpicuus: quæ non eſt in Bullario.*

63 Tertiarios portantes habitum Minimorũ.*Bulla Leonis V. Licet alias: neque hæc eſt in Bullario.*

64 Mi-

64 Minimos ſubtrahentes ſe ab obſervantia Correctorum. *Bulla Pauli III. Cum ſicut.*

65 Minores tempore interdicti admittentes Fratres tertii Ordinis ad Divina. *Clementina Cum ex eo de ſent. excom.*

66 Recipientes aliquem à Societate Ieſu, exceptis Cartuſianis, abſque licentia. *Bulla Gregorii XIII. Aſcendente, & Sixti V. Æquum reputavimus*, 4.

Contras Perſonas publicas.

67 PRælatos vexantes cenſuris commorantes in ſervitio Papæ. *Extravag. 3. de privilegiis.*

68 Cardinales non ſervātes ſtatuta à Iulio II. in Bulla *Cum tā Divino.*

69 Cardinales revelantes geſta in Sacr. Conſiſtorio. *Bulla Leonis X. Supernæ 7. §. Statuimus.*

70 Epiſcopos. qui in ſuſpenſione conferunt Beneficia reſignata in manibus ſuis contra præſcriptū Bullæ Pianæ. *Bulla B. Pii V. quāta*, 58

71 Cardinales ambientes Papatum, & ſimoniacos eius cauſa. *Bulla Pauli IV. Cum ſecundum*, 16.

72 Cardinales Simoniacos iu Ordine, & Beneficio. *Extravag. Cum deteſtabile de Simonia, & B.* Pii *V. intolerabilis*, 85.

73 Prælatos, qui Eccleſiaſticum traxerint ad forum laicale. *Bulla Martini V. ad reprimendam*, 10.

74 Dominos temporales cogentes aliquem tempore interdicti celebrare, vel audire Divina Officia. *Clement. Gravis, de ſent. excom.*

75 Prohibentes ſubditis ne vendant Eccleſiaſticis. *Cap. fin. de Immunit. Eccl.*

76 Bannientes perſonas Eccleſiaſticas. *Bulla Vrbani VI. Quia ſicut.*

77 Concedentes, vel permittentes duellum in Terris ſuis. *Conc. Trid. cap. 19. ſeſſ. 25. de Reformat. Bulla Clemen. VIII. Illius vices*, 2.

78 Inquiſitores malè procedentes contra hæreticos. *Clementina multorum, §. verum, de hæret.*

79 Officiales non reddentes integrè computa Cameræ Apoſtolicæ. *Bulla Pauli III. Cum ſicut*, 40.

80 Officiales Pęnitentiarię facientes ſibi interdicta. *Bulla B.* Pii *V. In omnibus rebus* 83. *§. Omnes verò.*

81 Officiales ſtatus Eccleſiaſtici recipientes munera præter comeſtibilia. *Bulla* Pauli *V. Munera*, 3.

Excom-

Excomunicationes Nemini reſervatæ provenientes à Iure communi, vel à Bullis, & Decretis Apoſtolicis.

Contra omnes.

1 CONducentes Bononiæ Domos alterius Scolaſtici, vel Doctoris. *Cap.1.de locato.*
2 Habentes ratas ordinationes factas à Sciſmaticis. *Cap.1.de ſchiſma.*
3 Alloquentes ſecretò Cardinales, dum ſunt in Conclavi. *Cap.ubi periculum, §.nulli de elect in 6.*
4 Vexantes Eccleſiaſticos, quia non elegerint eum, pro quo rogabantur. *Cap.ſciant cuncti ibid.*
5 Occupantes regalia, & bona Eccleſiaſtica vacantia titulo defenſionis. *Cap.generali ibid.*
6 Directores Monialium foventes diſcordias. *Cap. indemnitatibus, §.poſtremò, ibid.*
7 Procurantes, ut Conſervatores procedant in aliis, quam in manifeſtis injuriis, & violentis. *Cap fin.de offic.deleg.in 6.*
8 Extorquentes abſolutionem à cenſuris per vim, & metum. *Cap.1. de iis, quæ vi, &c.in 6.*
9 Inducentes per fraudem Iudicem ire ad teſtimonium fœminæ accipiendum. *Cap.2. de Iudiciis in 6.*
10 Compellentes Eccleſiaſticos, ut ſubmittant laicis Iura Eccleſiæ. *Cap.2.de reb.Eccl.non alien.in 6.*
11 Exigentes pedagia, &c. ab Eccleſiaſticis perſonis. *Cap.quamquam de cenſ in 6.*
12 Docentes legem, aut Medicinam Religioſos. *Cap.2. ne Cler. vel Mon.in 6.*
13 Sepelientes hæreticos, &c.in locis ſacris. *Cap.2.de hæret.in 6.*
14 Mādantes interfici Chriſtianū per aſſaſſinos. *Cap.1.de homicid.in 6.*
15 Extendentes repreſalias conceſſas Eccleſiaſticis. *Cap. un. de Iniuriis in 6.*
16 Impedientes ſequeſtrum factum ab Ordinario ſuper Beneficia. *Clement.un.de ſequeſtrata poſſeſſ.*
17 Sepelientes tempore Interdicti, vel nominatim Interdictos, publicè excomunicatos, aut Vſurarios manifeſtos. *Clement.1.de Sepultur.*
18 Impedientes Viſitatores Monialium. *Clement. Attendentes, de ſtatu Monach.*
19 Aſſumentes ſtatum Beguinarum. *Clem.1.de Religioſis domibus.*
20 Contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis, vel cum Moniali. *Clem.un.de Conſanguinitate.*
21 Impugnantes literas Papæ nō coronati. *Extrav.ult.de ſent. excomm.*
22 Profitentes falſam Religionem Fraticellorum. *Exteav. Sancta Romana. Ioannis XXII. de Religioſ.domib.*

23 Imprimentes libros abſque licentia ſuperiorum. *Conc. Lateran. ſub Leone X. & Bulla eiuſdem 12.*

24 Edentes Gloſas in Trid. Bulla Pii IV. incip. *Benedictus 73. in ordine.*

25 Aſſerentes non eſſe neceſſariam Confeſſionem ante Euchariſtiam. *Conc. Trid. Can. 2. ſeſſ. 13.*

26 Raptores Mulierum, & Fautores. *Trid. cap. 6. ſeſſ. 24. de Reform. Matrim.*

27 Cogentes ad Matrimonium. *Conc. Trid. ibid. cap. 9.*

28 Cogentes, vel impedientes fœminas ingredi Monaſteria. *Conc. Trid. cap. 18. ſeſſ. 25. de Regular.*

29 Vexantes Sanctum Officium *Bulla B. Pii V. incip. de protegendis. 82. in ordine.*

30 Pingentes, & decorantes Agnos Dei. *Bulla Gregorii XIII. incip. Omni certè ſtudio. 2.*

Contra Clericos.

31 SVſcipientes munus adminiſtrandi in Civitate diverſarum linguarum, & rituum. *Cap. quoniam, de off. ordinarii.*

32 Audientes Medicinam, aut Legem, ſi ſint Sacerdotes, vel perſonatum habentes. *Cap. ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel Monach.*

33 Sacerdotes recipientes præfecturas ſęculares. *Cap. Clericis, eod. tit.*

34 Procurantes, ut alii occupent regalia, & jura Eccleſiarum vacantium. *Cap. Generali de elect. in 6.*

35 Minores Epiſcopi, qui locant domos uſurariis alienigenis. *Cap. 1. de uſurariis in 6.*

36 Contrahentes Matrimonium ſi ſint in ſacris. *Clemen. un. de Conſang.*

37 Alienantes bona Eccleſiarum, vel locãtes ultrà triennium. *Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſiæ non alien.*

38 Fictè reſignantes, vel permittentes Beneficia. *Bulla B. Pii V. incip. quanta Eccleſiæ 58.*

39 Impugnantes in concionibus, vel diſputationibus Montes pietatis. *Bulla Leonis X. incip. inter multiplices 2. in ord.*

40 Intereſſentes agitationibus Taurorum ſi ſunt in ſacris, vel Beneficia obtinen. *Bulla B. Pii V. incip. de ſalute 48. in ordine.*

Contra Religioſos.

41 DElinquentes in Viſitatione Monaſteriorum Monialium contrà Bullam Alexandri VII. *incipien. Fælici ſacrarum Virginum 153. in novo bullario.*

42 Audientes leges, vel Medicinam extra Clauſtra. *Cap. non magnopere. Ne Clerici, vel Monachi.*

43 Inſtituentes novum Ordinem ſine licentia Papæ. *Cap. un. de religioſis domibus in 6.*

44 Profeſſos temerè habitum dimittentes. *Cap. 2. ne Clerici, vel Monachi in 6.*

45 Oc-

45 Occupantes Decimas, vel impedientes ſolutionem. *Clement. 1. de decimis.*

46 Adeuntes Curiam Principum ad nocendum ſuis. *Clement. ne in agro §. quia vero de ſtatu monachorum.*

47 Tenentes arma intra Clauſtra ſine licentia. *Ibidem.*

48 Foventes ſtatum Beguinarum. *Clement. 1. de Religioſis domibus.*

49 Profeſſos Matrimonium contrahentes. *Clement. unde conſanguinitatem.*

50 Mendicantes recipientes novas Domos. *Clement. capientes de pœnis.*

51 Retrahentes auditores à ſolvendis Decimis. *Clement. eadem.*

52 Non ſervantes Interdictum, quando obſervatur à Cathedrali, ſeù Parochiali Eccleſia loci. *Clement. 1. de ſentent. excom.*

53 Mendicantes, & Parochos in partibus Germaniæ non ſervantes pacem, & concordiam quandam per Sedem Apoſtolicam ipſis ordinatam. *Extravag. de Tregua, & Pace.*

54 Capuccinos recipientes Minores de Obſervantia. *Bulla Sixti V. pro ea. 20.*

Contra Epiſcopos.

55 SVſcipientes Prælaturam in Civitate diverſarum linguarum. *Cap. quoniam, §. ſed ſi, ff. de offic. ordinarii.*

56 Venientes ad Vrbem, & indè recedentes ſine licentia Papæ. *Extrav. 2. & 3. de maior. & obedient.*

57 Permittentes habitum Fraticellorum. *Extrav. SanctaRomana Ioannis XXII. de Religioſis domibus.*

58 Nuncios Sedis Apoſtolicæ impetrantes literas à Principibus, ad Dignitates. *Bulla Pii IV. incip. Et ſi Roman. 60. in ordine.*

Contra Dominos temporales.

59 PRæcipientes ſubditis ne præſtent obſequia Eccleſiaſticis. *Cap. eos qui de immunitate Eccl. in 6.*

60 Impedientes promotionem Officii Inquiſitionis. *Cap. ut inquiſitionis de hæret. in 6.*

61 Concedentes repreſalias contra Eccleſiaſticos. *Cap. 1. de iniuria in 6.*

62 Retinentes nomen Vicarii Imperatoris vacante Imperio. *Extrav. Ioan. XXII. Si fratrum ne ſede vacante.*

63 Non ſervantes ſtatuta in *Cap. fœlicis de pœnis in 6.*

64 Permittentes agitationes Taurorum in Terris ſuis. *Bulla B. Pii V. incip. de ſalute 48. in ordine.*

Contra Magiſtratus, & Iudices.

65 NEgligentes reddere Ius Eccleſiaſticis. *Can. Adminiſtratores 23. q. 5.*

66 Facientes ſervari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſt.cam.*Cap.Noverit de ſent.excomm.*

67 Officiales Civitatis non ſervantes contenta in *Cap. ubi periculum*, §. *præterea de electione in 6.*

68 Extorquentes pecuniam prætextu officii Inquiſitoris. *Clement. 2. de hæreticis.*

69 Poteſtates ſoventes uſuras. *Clem.un.de uſuras.*

70 Non audientes in clauſura Monialium Epiſcopos.*Conc.Trid.cap.5. ſeſſ.23.de Regular.*

71 Rectores Univerſitatum facientes, aut admittentes Doctores, & Profeſſores non facientes profeſſionem fidei; *Bulla Pii IV. incip. in ſacroſancta* 85. *in ordine.*

72 Non parentes Cardinalibus Inquiſitoribus in officio ipſorum. *Bulla B.Pii V.incip.Sanctiſſimus.*1.

73 Permittentes portare arma breviora tribus palmis in ſtatu Eccleſiaſtico. *Bulla B.Pii V. incip. Cum vices.*145.

Suſpenſiones provenientes à Iure communi, vel à Bullis Apoſtolicis.

Contra Clericos.

1 Recipientes ordines ab eo, qui renunciavit Epiſcopatui. *Cap.1. de ordinato ab Epiſcopo,qui renunc. Ep.*

2 Recipientes ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprii. *Cap. 1. & 3. diſt. 71. iuncto C. Satonitanæ diſt. 83. Pii II. in Bulla cum ex ſacrorum.*7.

3 Recipientes à proprio in aliena Diœceſi ſine licentia Epiſcopi loci. *C.Ep.9.q.2.Conc.Trid.cap.5.ſeſſ.6.& cap.2.ſeſſ.*14.

4 Recipientes ab excommunicato,vel ſuſpenſo. *DD.ad c.1. & 2. de ſchiſm.*

5 Recipientes ante legitimam ætatem. *Cap. vel non compoſ.de tempore ordinat.*

9 Recipientes extra tempora ſine diſpenſatione. *Bulla Pii II .cum ex ſacrorum.* 7.

7 Opponentes in electum, & poſteà deficientes in probatione.*Cap.1. de elect. in 6.*

8 Ordinatos ficto titulo. *Bulla Vrbani VIII. ſecreti 33. c. neminem e. Sanctorum diſtint.*70.

9 Promotos per ſaltum.*Conc.Trid.cap.14.ſeſſ.23. de reform.*

10 Suſcipientes ſacrum ordinem poſt matrimonium ratum, etiam conſumatum.*Extrav.antiquæ de voto.*

11 Ordinatos in maioribus cum literis Capituli Sede vacante infra annum.*Conc.Trid.ſeſs.7.de reformat.cap.*10.

12 Vten-

12 Vtentes Ordine in loco interdicto, præter modum à Iure conceſſum,ſed hæc eſt potiùs irregularitas.*Cap.Is qui,de ſent.excom.in 6*

13 Celebrantes coram excomunicato,vel interdicto, ſed hoc eſt potiùs interdictum. *Cap.Epiſcoporum,de privileg.*

14 Tradentes ſepulturæ publicos Vſurarios. *Cap. quia in omnibus, de uſuris.*

15 Parochos jungentes Sponſos alterius Parochiæ ſine licentia. *Concil. Trid.cap.1.ſeſſ.24.de roform.matrimonii.*

16 Suſcipientes Ordines ſi ſunt excomunicati.*Cap.cum illorum,de ſent. excom.*

17 Parochos non prohibentes Matrimonia clandeſtina,vel contra interdictum Eccleſiæ.*Cap.cum inhibitio,§.fin.de cland.deſponſat.*

18 Abutentes Veſtibus contra à Iure ſtatuta.*Clement.2.de vita, & honeſt.Cleric.*

19 Alienis debitis gravantes Eccleſias ſibi commiſſas.*C.2.de ſolution.b.*

20 Occupantes bona Prælati defuncti.*Cap.quia ſæpè, de elect.in 6.*

21 Electores Epiſcoporum non præſentantes electionem electo infrà 8.dies.*Cap.Cupientes; de elect.in 6.*

22 Compromiſſarios eligentes indignum. *Cap.ſi compromiſſarius, de elect.in 6.*

23 Eligentes indignnm ad Epiſcopatum, vel curàm animarum. *Cap. cum in cunctis,§.final.de elect.*

24 Poſtulantes in Prælatos Cathedralium eos, qui prohibentur. *Extravag.un.de poteſt.Prælat.*

25 Celebrantes electionem per abuſum ſæcularis poteſtatis. *Cap.quiſquis,de elect.*

26 Inferiores Epiſcopis non ſervantes in Viſitationibus Conſt.*Innoc. IV.cap.exegit,de cenſuris in 6.*

27 Conferentes beneficia eorum, qui ſerviunt in Curia, vel eadem recipientes. *Extravag.3.de privileg.*

28 Facientes in judicio per ſordes aliquid contra juſtitiam,& conſcientiam in gravamen partis. *Cap.1.de ſent.& re iudic.in 6.*

29 Conſervatores ſe intromittentes in aliis,quam de manifeſtis injuriis. *Cap.ult.de offic.deleg.in 6.*

30 Occupantes bona,cenſus &c.Eccleſię, Beneficii, vel alterius pii loci, & occupantibus conſentientes. *Conc.Trid.cap.11.ſeſſ.22. de reformat.*

31 Publicos peccatores. *Cap.fin.de temp.ordinan.*

32 Publicos Concubinarios.*Cap.fin.de cohabitat.Clericor. & mulier.*

33 Sodomiam exercentes. *Bulla B.Pii V. 5.& 72.in ordine.*

34 Simoniacos. *Extrav.Pauli II.de Simonia. & Bulla 5.B.Pii V.*

35 Iurantes de tenendo Sciſmate.*Cap.1 .de Sciſmat.*

36 Provocantes ad duellum, vel acceptantes. *Cap.1.de Cler.pugnant.in duello.*

37 Raptores, vel præbentes auxilium,&c.raptui.*Conc.Trid. cap.6.ſeſſ. 24 de refor.matrim.*

38 Diſ-

38 Diſputantes de Conceptione B. Mariæ Virginis; *Bulla B. Pii V. in cip. ſuper ſpecula*, 114.

Contra Epiſcopos,

39 Conferentes Ordines ſimoniacè. *Extravag. Pauli II. cap. 2. de ſimonia, & cap. penult. de ſimonia.*

40 Conferentes Suſpenſo propter malam promotionem. *Cap. ſi quis Epiſcopi 1. q. 1. cap. Nullus diſt. 55. cap. literas de tempor. ordinan. Conc. Trid. cap. 8. ſeſſ. 23 de refor. cap Coniugatos de converſ. coniugator. cap. fin. de temp. ord. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & ſeſſ. 14. cap. 2. de reformatione.*

41 Ordinantes Religioſum non profeſſum. *Bulla B. Pii V. Romanus Pontifex* 75.

42 Ordinantes accepto juramento, quod non moleſtabuntur ſuper eorum proviſione.

43 Ordinantes Monachum ſine licentia Abbatis. *Cap. fin. diſtin.* 58.

44 Non promulgantes Concilium Provinciale toti Diœceſi.

45 Intermittentes ſe in cauſis ſpectantibus ad electionem Epiſcoporũ, poſtquam appellatum eſt ad Papam, *Cap. quamvis, & Cap. provida de elect. in 6.*

46 Submittentes laicis bona Eccleſiaſtica ſine debito conſenſu. *Cap. hoc conſultiſſime, de reb. Eccl. non alien. in 6.*

47 Occupantes bona Beneficiorum vacantium pertinentium ad eorum proviſionem; ſed hoc eſt interdictum potius. *Cap. præſenti, de officio Ordinarii in 6.*

48 In cauſa alienationis malè utentes delegatà poteſtate. *Bulla 2. cum omnibus Pauli II.*

49 Alienantes bona Eccleſiæ ultra triennium. *Extravag. Ambitioſæ, de reb. Eccl. non alienan.*

50 Admittentes reſignationes contra formam præſcriptam in *Conſtitut. Quanta &c. B. Pii V.* 58.

51 Foventes uſuras locando ſuas domos. *Cap. de Vſur. in 6.*

52 Abutentes munere Inquiſitorum in cauſa fidei. *Clement. 1. §. Verum, de hæreticis.*

53 Delinquentes cõtra Clericorum immunitatem. *Clement. 2. de pœnis.*

54 Non ſervantes Extravag. 2. de elect. quoad perceptionem fructuum 1. vel. 2. anni. *Extrav. Ioan. XXII. de Eccl.*

55 Promotos à Sede Apoſtolica adminiſtrantes ſuas Eccleſias ſine literis authenticis ejuſd. *Etrav. 2. de elect.*

56 Concubinarios à Synodo Provinciali admonitos, & non ſe emendantes. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refoum. cap.* 14.

57 Relaxãtes Incendiariis pœnam cõtẽtam in Iure. *Cap. peſſimã 23. q. 8.*

58 Negligentes procedere contra Simoniacos. Quidquid 1. q. 1.

59 Non facientes comburi libros Talmul.

60 Pu-

60 Publicantes ſimoniacè populo Indicem caſuum. *Bulla B.Pii V. Quam plenum 99.*

61 Non viſitantes Limina Apoſtolorum tempore præſcripti in *Bulla Sixti V. Romanus Pontifex 15.*

62 Ingredientes Monaſteria Monialium ſine neceſſitate. *Bulla Gregorii XIII. ubi gratiæ 28.& dubiis ſeq.* hanc ſuſpenſionem non eſſe reſervatam Papæ, tenet *Fagn. in 2.q.5. decretal. cap. nuper n.37.& ſeq. de ſent. excom.*

Contra Capitula.

63 SI defuncto Prælato dilapident bona relicta, vel obvenientia tempore vacationis. *Cap. quia ſæpè de elect. in 6.*

64 Si recipiant Prælatos promotos in Curia, abſque literis Papæ. *Extrav. 1. de elect.*

65 Si petant in receptione ad Religionem, aut antè, vel poſt illam paſtus, prandia, &c. *Extrav. Sanè de Simonia.*

66 Si non ſervent contenta in conſtitut. in Bulla *B.Pii V. Quanta 58.*

67 Apoſtatas in Apoſtaſia Ordines recipientes. *Cap. final. de Apoſt. cap. fin. diſt. 50.*

68 Recipientes ad profeſſionem ante annum probationis. *Cap. non ſolum de Regular. in 6.*

69 Superiores concedentes redditus Eccleſiarum alicui ad vitam. *Clement. 1. de reb. Eccl. non alien.*

70 Vſurpantes decimas ſibi non convenientes. *Clem. 1. de decimis.*

71 Non utentes habitu, & veſtitu modo ipſis præſcripto. *Clem. 1. § ſi quis autem de ſtatu Monach.*

72 Superiores, ad quos occaſione exceſſuum ſuorum aliquid pervenerit. *Clem. 1. §. quibus, de privileg.*

73 Non facientes conſcientiam pœnitentibus de ſolvendis Decimis. *Clement. Cupientes de pœnis.*

74 Non profeſſos recipientes Ordines Sacros. *Bulla B.Pii V. Romanus Pontifex 75.*

75 Introducẽtes Mulieres in Monaſteria. *Bulla B.Pii V. Regular. 20.*

Sommario della Bolla in Cœna Domini, da publicarſi ogni Giovedi Santo.

1 PRimieramente la Santità di Noſtro Signore da parte dell'Onnipotente Dio, Padre, Figliuolo, e Spirito Santo, con l'autorità ancora de' Santi Apoſtoli Pietro, e Paolo, e con la ſua ſcomunica, maledice, & anatematiza tutti gl'Eretici di qualunque nome, e ſetta ſiano, e tutti li loro fautori, e recettatori, e quelli, che loro credono, e tutti quelli, che ſcientemente ſenza licenza della Sede Apoſtolica leg-

gono, tengono, e ſtampano, ò altrimente in qualſivoglia modo publicamente, ò vero occultamente difendono libri di eſſi Eretici, che contengono Ereſia, ò vero in eſſi trattano della Religione; e parimente tutti gli Sciſmatici, e tutti quelli, li quali ſi partono dall'ubidienza del Pontefice Romano pertinacemente, e fautori, e ricettatori, e difenſori loro.

2 Item ſcomunica, maledice, & anatematiza ogn'uno, e ſottopone à interdetto Eccleſiaſtico ogni Colleggio, Capitolo, & Univerſità, che appelli dall'ordini, e comandamenti del Romano Pontefice al futuro Concilio, e quelli, che à tali danno conſiglio, ajuto, e favore.

3 Tutti li Corſari, e Ladroni Maritimi, che ſcorrono per il mare della Santa Sede Apoſtolica, principalmente dal Monte Argentario ſino à Terracina, e tutti li loro fautori, ricettatori, e difenſori.

4 Tutti li Rattori di qualſivoglia ſorte di beni de'Chriſtiani, che habbiano patito naufragio, e quelli, li quali ritengono ſcientemente tali beni ritrovati, ò in eſſe Navi, ò ne' lidi, ò nel mare gettati da quelli: non oſtante qualſivoglia privilegio, conſuetudine, ò poſſeſſione di lunghiſſimo tempo, quantunque immemorabile.

5 Tutti quelli, li quali impongono, overo accreſcono nelle loro Terre nuovi pedagii, ò Gabelle, ò tali riſcuotono, fuorche ne' caſi permeſſi dalla legge, e con ſpecial licenza della Sede Apoſtolica.

6 Tutti li falſarii di lettere Apoſtoliche ancora in forma di Breve, e di ſuppliche, che contengono gratia, ò giuſtitia, ſegnate dal Sommo Pontefice, e d'ordine di Sua Santità, overo dal Vicecancelliere della Santa Romana Chieſa, ò loro ſoſtituti. E ſimilmente quelli, che compongono lettere Apoſtoliche falſe, ancora in forma di Breve: e quelli, che falſamente ſegnano le ſuppliche ſotto nome del Sommo Pontefice, ò Vicecancelliere, o loro ſoſtituti.

7 Tutti quelli, che à Saraceni, Turchi, & altri nemici del nome Chriſtiano, overo Eretici dichiarati tali eſpreſſamente dal Sommo Pontefice, conducono, ò mandano cavalli, portano, mandano armi, ferro, filo di ferro, ſtagno, ò acciaro, & ogni altra ſorte di metallo, inſtrumenti di guerra, legami, canapi, funi tanto di canape, come di qualſivoglia altra materia, overo eſſa materia, ò altre coſe ſimili, con le quali offendono li Chriſtiani, e Cattolici. E di più quelli, che per sè, ò per altri rivelano, ò avviſano di coſe appartinenti allo ſtato della Republica Chriſtiana li Turchi, e nemici della fede Chriſtiana, overo Eretici in danno della Religione Cattolica, e quelli, che danno conſiglio, ajuto, ò favore à tali in fare ſimili coſe.

8 Tutti quelli, che impediſcono, ò aſſaltano quelli, che conducono vettovaglie, ò altre coſe neceſſarie all'uſo della Corte Romana, & ancora quelli, che proibiſcono, ò moleſtano, che non ſi conducano nella Corte Romana tali coſe, overo quelli, che difendono per sè, ò per altri quelli, che fanno ſimili coſe, di qualunque grado, ò dignità ſiano, così Eccleſiaſtica, come mondana.

9 Tutti quelli, li quali per sè, ò per mezzo d'altri ammazzano, mutilano,

tilano, ſpogliano, prendono, ritengono quei, che vengono alla Sede Apoſtolica, ò ſi partono da eſſa, e ſimilmente tutti quelli, i quali non havendo giuriſdittione ordinaria, ò delegata dal Sommo Pontefice, ò da ſuoi Giudici, arrogandoſi quella, temerariamente hanno ardire di fare ſimili coſe contro quelli, che dimorano nella Corte Romana.

10 Tutti quelli, li quali ammazzano, mutilano, ritengono, prendono, overo per forza ſpogliano quelli, che vengono à Roma per divotione, overo per la ſteſſa cauſa ſtanno in eſſa, ò pur ſi partono, e quelli, che lor danno conſiglio, ajuto, e favore.

11 Tutti quelli, che ammazzano, mutilano, ò feriſcono, percuotono, prendono, imprigionano, ritengono, overo perſeguitano, come nemici, li Cardinali, Patriarchi, Arciveſcovi, Veſcovi, Legati, ò Nuncii della Sede Apoſtolica, overo quelli, che li diſcacciano dalle loro Dioceſi, Territorii, Terre, ò Dominii, e finalmente quelli, che fanno fare tali coſe, e ratificano, overo li danno ajuto, conſiglio, ò favore.

12 Tutti quelli, li quali per sè, ò per mezzo d'altri ammazzano, percuotono, ò ſpogliano de' loro beni tutte le perſone così Eccleſiaſtiche, come Secolari, che ricorrono alla Corte Romana, & in quella proſeguiſcono le loro liti, e negotii, per cauſa d'eſſi negotii, overo li Procuratori, Avvocati, Agenti, Auditori, overo Giudici deputati ſopra tali coſe per cauſe di quelle. E tutti quelli, che per sè ſteſſi, ò per mezzo d'altri fanno eſeguire, ò procurare tali delitti, overo agli ſteſſi danno conſiglio, ajuto, e favore.

13 Tutte quelle perſone, così Eccleſiaſtiche, come Secolari di qualſivoglia dignità, le quali ſotto preteſto di frivola appellatione appellano dalle gravezze, overo eſecutioni da farſi di lettere Apoſtoliche, ancorche in forma di Breve, che contengono, così gratia, come giuſtitia, overo citationi, inhibitioni, ſequeſtri, monitorii, & altri decreti, così di Sua Santità, come di Legati ſuoi, Nuntii, Preſidenti di Palazzo, Auditori, & altri Giudici, alla poteſtà laicale, & à quella ricorrono, e da quella fanno ammettere (facẽdone anco inſtãza al Procuratore, ò Avvocato del fiſco) tali appellationi, e fanno ritenere tali lettere, citationi, inhibitioni, ſequeſtri, e monitorii, e quelli, li quali ſenza conſenſo, e beneplacito loro prohibiſcono l'eſecutioni di tali lettere, overo impediſcono, che i Notarii, e Cancellieri non poſſano fare inſtrumenti, & atti ſopra tali lettere, & eſecutioni di proceſſi, e quelli fatti dare alle parti, e quelli, li quali prendono, imprigionano, diſcacciano dalle Città, luoghi, e Regni, privano di beni, atterriſcono, minacciano per sè, ò per altri publicamente, overo occultamente le parti, ò loro parenti, Procuratori, Notarii, & Eſecutori di tali lettere, citationi, e monitorii; e quelli, li quali prohibiſcono, e comandano à qualſivoglia perſona, che non vada, ò ricorra alla Corte Romana per proſeguire qualſivoglia ſuo negotio, ò per impetrare lettere, e gratie, overo di quelle impetrate non ſe ne ſerva, e quelli, che preſumono ritenere dette lettere appreſſo di sè, ò farle ritenere da altri.

14 Tutti quelli, che per sè ſteſſi, ò per mezzo d'altri, con autorità

propria, e di fatto, ſotto preteſto di qualſivoglia eſentione, gratie, ò lettere Apoſtoliche, levano le cauſe beneficiali, e delle decime, & altre cauſe ſpirituali, & à quelle anneſſe, da gli Auditori, e Commiſſarii Apoſtolici, & altri Giudici Eccleſiaſtici, & impediſcono il corſo di quelle, ò le perſone, Capitoli, Conventi, Collegii, che vogliono proſeguire tali cauſe, e s'intromettono, come Giudici, nella cognitione di quelle; e quelli, li quali conſtringono gl'attori, li quali hanno fatto, e fanno commettere quelle à rivocare, e fare rivocare le citationi, ò inhibitioni, & à far aſſolvere, ò conſentire, che ſiano aſſoluti quelli, contro li quali tali citationi ſono ſpedite dalle cenſure, pene contenute in eſſe, overo in qualſivoglia modo impediſcono l'eſecutione delle lettere Apoſtoliche, overo eſecutoriali, proceſſi, e decreti predetti, ò danno à quelli il ſuo aiuto, conſiglio, e favore ancora ſotto preteſto di prohibire la violenza, ò altre pretenſioni, anche come dicono, per fin ch'eſſi havranno ſupplicato per informare Sua Santità, ò fatto ſupplicare, ſe non proſeguiranno tali ſupplich innanzi Sua Beatitudine, e Santa Sede Apoſtolica, ancorche quelli, che commettono ſimili coſe, ſiano Preſidenti di Cancellaria, de Conſigli, Parlamenti, Cancellieri, Vicecancellieri, ò altri di qualunque grado, ò dignità ſi ſiano.

15 E tutti quelli, che ſotto preteſto del loro officio, overo ad inſtanza della parte, ò di qualſivoglia altro, aſtringono le perſone Eccleſiaſtiche, Capitoli, Collegi di Chieſe alli ſuoi Tribunali, contro la diſpoſitione delle leggi Canoniche. E quelli, che fanno fare, ò procurano tali coſe, e quelli, li quali faranno, ò publicheranno ſtatuti, ordini, conſtitutioni, Prammatiche, ò altri decreti ſotto preteſto di qualſivoglia conſuetudine, e privilegio, e di quelli ſi ſerviranno, per li quali in qualſivoglia modo eſpreſſamente, ò tacitamente ſi toglie la libertà Eccleſiaſtica, ò in qualche parte s'offende, s'opprime, ò in qualche modo ſi reſtringe, overo ſi pregiudica alle ragioni di Sua Santità, e Santa Sede Apoſtolica, e di qualſivoglia altra Chieſa.

16 E quelli, i quali in qualſivoglia modo impediſcono gl'Arciveſcovi, Veſcovi, & altri Prelati, ſuperiori, & inferiori, che non eſercitino la loro giuriſdittione contro qualſivoglia perſona ſecondo li Canoni, e decreti de' Concilii, e particolarmente di Trento, & ancora quelli, li quali dopo le ſentenze degli Ordinarii, ò delegati da quelli, ricorrono alla Corte ſecolare, e da quella procurano ſiano rilaſſate, & eſeguite prohibitioni, e mandati ancora penali contro gli Ordinarii, e delegati predetti, e quelli, che rilaſſano, ò eſeguiſcono, ò danno ajuto, conſiglio, favore, e patrocinio.

17 Quelli, che s'uſurpano giuriſdittione, frutti, rendite, e proventi appartenenti alla Sede Apoſtolica, ò ad altre perſone Eccleſiaſtiche, per ragione di Chieſe, Monaſterii, & altri Beneficii Eccleſiaſtici, overo ſenza licenza legitima li ſequeſtrano.

18 Quelli, li quali impongono Collette, Decime, taglie, preſtanze, & altri peſi, à Chierici, Prelati, & altre perſone Eccleſiaſtiche, & alle robbe

be di Chieſe, Monaſteri, & altri Beneficii Eccleſiaſtici, & alli frutti di quelli ſenza ſpeciale, & eſpreſſa licenza di Sua Santità, e con diverſe maniere le riſcuotono, e così ingiuſtamente impoſte le ricevono, ancorche date ſpontaneamente; e di più quelli, che per sè, ò per altri preſumono di fare ſimili coſe, eſeguirle, e procurarle, overo in tali coſe danno ajuto, conſiglio, e favore di qualſivoglia dignità ſiano.

19 Tutti li Magiſtrati, Giudici, Notari, Scrivani, Eſecutori, Sotto-eſecutori, che in qualſivoglia modo s'intromettono nelle cauſe capitali, ò criminali, contro perſone Eccleſiaſtiche, proceſſandole, bandendole, overo promulgando, & eſeguendo ſentenze contro d'eſſe ſenza ſpeciale licenza della Sede Apoſtolica, di qualſivoglia grado, ò dignità ſiano.

20 Tutti quelli, li quali per sè, ò per altri preſumeranno d'allaltare, diſtruggere, & occupare in tutto, overo in parte l'Alma Città di Roma, il Regno di Sicilia, l'Iſole di Sardegna, e Corſica, le Terre da quà dal Faro, il Patrimonio di San Pietro nella Toſcana, & in ſomma tutto lo ſtato Eccleſiaſtico, overo perturbare la ſuprema giuriſdittione, che hà in quello la Santa Romana Chieſa, e tutti gl'aderenti, fautori, e difenſori di quelli, e coloro, che gli danno conſiglio, ajuto, e favore in qualſivoglia modo.

21 Vuole, che tutte, e ſingole coſe contenute in queſta Bolla, durino, & habbiano l'effetto ſuo, fin tanto, che da Sua Santità per li tempi ſi facciano, e ſi publichino altri ordini in contrario.

22 In oltre dalle dette ſentenze niſſuno poſſa eſſere aſſoluto, ſe non dal Romano Pontefice, fuor che nell'articolo di morte, & all'hora con la ſicurtà d'ubbedire à i comandamenti della Chieſa, e di ſodisfare, e nè anche ſotto pretesto di qualſivoglia facoltà, & indulti dalla Santità ſua, e dalla Santa Sede, e da decreti di qualſivoglia modo. Scomunica, e minaccia di procedere ſpiritualmente, e corporalmente, come ſarà più eſpediente, quelli, li quali de facto haveranno ardire di aſſolvere alcuno, che ſarà incorſo nella ſcomunica per haver contravenuto al tenore delle ſudette coſe.

23 Dichiara, e proteſta, che li ſudetti ſcomunicati per le cauſe ſopradette non s'intendano compreſi, nè ſuffragarli in alcun modo qualſivoglia aſſolutione; benche ſolennemente dalla Santità ſua fatta, ſe prima non habbiano deſiſtito dalle coſe ſopradette, e per l'avvenire con vero propoſito di non commettere ſimili coſe, e nè anche in quanto à quelli, che havranno fatto contro la libertà Eccleſiaſtica ſtatuti, ſe prima i detti ſtatuti, ordinationi, conſtitutioni, prammatiche, e decreti di tal ſorte publicamente non havranno rivocati, e che non ſiano degl'Archivii, e da luoghi principali, overo da libri, ne' quali ſi trovino notati, aboliti, e caſſati, e che non habbiano fatto conſapevole di tal revocatione la Santità ſua. Anzi che per l'aſſolutione di tal ſorte, overo per qualſivoglia altro anco contrario, tacito overo eſpreſſo, & ancora per la patienza, e toleranza di Sua Santità, e di ſuoi ſucceſſori, benche continuata per lungo tempo in niſſuna maniera poſſa, nè debba pregiudicarſi in

tutte le predette coſe, nè à qualſivoglia ragione della Sede Apoſtolica, e della Santa Romana Chieſa in qualunque luogo, e per qualſivoglia tempo acquiſtate, e d'acquiſtarſi. Non oſtante i Privilegii, Indulgenze, indulti, e lettere Apoſtoliche generali, e ſpeciali conceſſe dalla Santa Sede Apoſtolica.

24 Ordina, e ſtrettamente comanda anche in virtù di ſanta obedienza à Patriarchi, Primati, Arciveſcovi, Veſcovi, & Ordinarii de' luoghi, & à qualſivoglia Prelato, che doppo che havranno ricevuto la preſente Bolla, overo di eſſa havranno havuta noticia, una volta l'anno, ò più volte, ſe così ſtimeranno eſſer più eſpediente, ſolennemente la publichino, e riduchino à memoria de' fedeli, la notifichino, e dichiarino nelle loro Chieſe nel tempo, che ſarà in eſſe à i Divini Officii la maggior parte del popolo.

25 In oltre li Patriarchi, Arciveſcovi, Veſcovi, & altri Ordinarii de' luoghi, Prelati, e Rettori di Chieſe, e tutti quelli, che eſercitano la cura delle anime, Preti Secolari, e Regolari di qualſivoglia Ordine, deputati con qualſivoglia autorità ad udire le Confeſſioni, habbiano appreſſo di sè il tranſunto della preſente Bolla, la quale procurino diligentemente leggere, e ſtudiare.

Editto contro gli occupatori de' beni delle Chieſe, e de' luoghi pii da publicarſi ogni Giovedì Santo.

Ottavio Paravicino Patritio Milaneſe, per la Dio gratia, e della Santa Sede Apoſtolica Veſcovo di Mileto, Barone di Galatro, & alla medeſima Santa Sede immediatamente ſoggetto.

I Sacri Canoni, e tutti quaſi li Sacri Concilii Generali, & ultimamente il Tridentino nel cap.2.ſeſſ.22.de reform.per rimediare all'humana ingordigia, fonte, e radice di tutti li mali, la quale anco i Beni deſtinati al culto Divino, al ſoſtentamento di poveri, & al ſuffragio delle anime ſi fà lecito d'uſurpare, e malitioſamente occupare, ò à sè appropriare, ſtabilirono contro gli occupatori, uſurpatori, e detentori pene rigoroſe, e cenſure al Sommo Pontefice riſervate; e deſiderando Noi di provedere opportunamente al mantenimento del culto Divino, all'indennità de' poveri, & alla ſalute dell'anime con queſto noſtro publico Editto.

Ordiniamo, e comandiamo ſotto pena di ſcomunica à tutte, e ſingole perſone di qualſivoglia grado, e conditione ſi ſiano, che teneſſero, ò ſapeſſero chi teneſſe, occupaſſe, ò in qualunque modo uſurpaſſe, ò haveſſe uſurpato, occupato beni, cenzi, frutti, rendite, emolumenti, giuriſdittioni, raggioni enfiteutiche, e feudali, mobili, e ſuppellettili ſacre, e

pro-

profane,libri,e ſcritture,& ogn'altra coſa ſpettante, e pertinente à Chieſe,Beneficii,Compagnie,Oſpedali, altri luoghi pii come ſopra, lo debba nel termine di quindeci giorni (li quali per trina, e canonica monitione, & ultimo perentorio termine aſſignamo) reſtituire, e riſpettivamente rivelare, per provedere alla reintegratione anco de'frutti di detti luoghi pii malamente percetti, per il tempo, che l'haveranno occupati, uſurpati,poſſeduti,& à sè,ò ad altro uſo appropriati, altrimente paſſato detto termine,e non fatta detta reſtitutione,adeſſo per all'hora li dichiarano incorſi in detta ſcomunica latæ ſententiæ comminata dal Sacro Concilio di Trento nel precitato capitolo,e ſeſſione,ſtante la loro contumacia; E riſpetto à quelli,che ſapeſſero,e non rivelaſſero,s'intendano incorſi nella ſcommunica à Noi riſervata : le quali rivelationi doveranno farſi in mano del noſtro Vicario Generale, ò de' Vicarii foranei de' luoghi, ò Priori delle Claſſi per tramatterſi à Noi, ò al ſudetto noſtro Vicario Generale.

E per rimediare in parte alle frodi dell'Occupatori di detti beni Eccleſiaſtici, vogliamo , che il Capitolo di queſta Catedrale , gl'Arcipreti, Curati, e Cappellani de'Beneficii ſemplici,e altre Cappellanie,& i Procuratori,Officiali delle Confraternite,Hoſpidali,& altri luoghi pii, che ſaranno pro tempore,ſiano obligati di far l'inventario frà un'anno dalla publicatione del preſente Sinodo di tutti beni,mobili,ſuppellettili, cenſi,rendite, e de'beni ſtabili,& in eſſi far mentione degl'inſtrumenti, & altre ſcritture fatte da Notari. Com'anco vedere i confini di detti beni di cinque in cinque anni , e trovando , che fuſſero mutati i Padroni confinanti,notare in detto Inventario i nomi , e cognomi de i moderni Padroni vicini : e poi di venticinque in venticinque anni rinovare detti Inventarii, ò Platee.

Et acciò ſiano note à tutti le pene fulminate dal Sacro Concilio di Trento in detto cap.2.ſeſſ.22. ſi regiſtra quì appreſſo lo ſteſſo decreto, ch'è del tenor ſeguente,oltre à quello, che diſpone la Bolla in Cœna Domini ſopra tal materia.

Se l'avaritia radice d'ogni male,occuperà in tanto qualſivoglia Chierico, ò Laico di qualunque dignità, ò grado ſi ſia, benche Imperiale, ò Reale, che per sè, ò per interpoſte perſone, ò ſotto qualſivoglia preteſto, ò queſito colore , havrà ardire d'uſurpare, ò convertire in uſi proprii le giuriſdittioni,Beni,Cenſi,e ragioni feudali,& enſiteutiche, frutti, & emolumenti di qualſivoglia ſorte delle Chieſe, Secolari, ò Regolari, Beneficii,Monte della Pietà, ò altri luoghi pii, overo impedirà, che li detti beni, frutti,& emolumenti,per forza, ò per timore non pervengano à quelli, a'quali per ragione ſi devono , ſia per tanto tempo ſoggetto alla ſcomunica maggiore, ſin tanto,che dette giuriſdittioni, frutti,beni, & emolumenti da lui occupati reſtituirà intieramente agl' Amminiſtratori,Rettori, ò Beneficiati delle Chieſe, alle quali ſono ſtati uſurpati, e che otterrà l'aſſolutione dal Sommo Ponteſice Romano ; e ſe l'uſurpatore delle coſe predette havrà il juſpatronato in quella Chieſa , dalla

quale

quale hà uſurpati, & occupati li beni, oltre le pene predette, reſti ancora privato del juspatronato ipſo facto; li Chierici poi, che ſaranno autori, e conſentienti di queſta nefaria uſurpatione, e fraude, ſiano ſottopoſti alle predette, & in oltre privati di tutti i Beneficii, e reſtino inhabili ad ottenerne degli altri. Di più doppo ch'havrãno fatta la reſtitutione, & ottenuta l'aſſolutione ſiano ancora ſoſpeſi dall'eſecutione degl'ordini ad arbitrio del loro ordinario. Dal Palazzo Veſcovale

OTTAVIO VESCOVO DI MILETO.

Giuſeppe Mele Segretario.

Editto del Sant'Officio contro gli Eretici, da publicarſi ogni prima Domenica dell'Avvento, & ogni prima Domenica di Quareſima.

Ottavio Paravicino Patritio Milaneſe, per la Dio gratria, e della Santa Sede Apoſtolica Veſcovo di Mileto, Barone di Galatro, & alla medeſima Santa Sede immediatamente ſoggetto.

CONoſcendo Noi, che vano riuſcirebbe ogni noſtro, quantunque viviſſimo sforzo in procurare la ſalvezza dell'anime alla cura noſtra commeſſe, ſe (che Dio non voglia) queſta noſtra dilettiſſima Dioceſi mancaſſe in conſervare intatta, & illibata la Santiſſima Fede Cattolica, fuori della quale non è ſalute, e ſapendo molto bene, che ſenza queſto fondamento d'ogni Chriſtiana virtù, neſſuno edificio di virtuoſe operationi, ò potrebbe alzarſi, ò dovrebbe ſperarſi ſtabile, e permanente. Quindi è, che rivolti principalmente gli occhi à quel Dio, di cui è mero dono l'iſteſſa Fede, & invocando in noſtro ajuto il glorioſo San Nicolò di Bari Padrone principale di queſta Città, e Dioceſi, e per ſeguitare ancora i lodevoli eſempi dell'altri Veſcovi nelle loro Dioceſi, intimiamo col preſente editto al noſtro dilettiſſimo Popolo il perfetto culto, & eſatta oſſervanza della medeſima Santiſſima Fede, la quale *Niſi quiſque integram, inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit.*

Con giuriſdittione dunque ordinaria, che à Noi ſi ſpetta, comandiamo in virtù di Santa Obedienza, e ſotto pena di ſcomunica ipſo facto incurrenda, e di cui à Noi ſoli riſerviamo l'aſſolutione (oltre l'altre pene de' Sacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni, e Bolle di Sommi Pontefici) à tutte, e ciaſcuna perſona à Noi ſoggetta, di qualunque grado, ſeſſo, ò conditione ſi ſia, benche conſtituita in qualſivogiia Dignità Eccleſiaſtica, ò Secolare, che nel termine di quindeci giorni proſſimi da principiarſi dalla notitia havuta del preſente Editto, de' quali i primi cinque aſſignamo per il primo, i ſecondi per il ſecondo, e gli ultimi cinque

que

que per terzo, ultimo, e perentorio termine, debba denunciare giuridicamente (non baſtando per bollettini ſegreti, ò lettere cieche) à Noi, ò alla noſtra Curia Epiſcopale, ò à chi foſſe da Noi deputato, tutti, e ciaſcuno, che hàbbia, ò havranno notitia.

Che ſiano Eretici, ſoſpetti, ò diffamati di ereſia, ò credenti, fautori, ò ricettatori, ò difenſori loro, che habbiano aderito, ò aderiſcano à qualſivoglia rito di Gentili, ò Giudei, ò à qualunque altra ſetta in qualſivoglia modo contraria alla Santa Fede Cattolica Romana.

Che tacitamente, ò eſpreſſamente habbiano apoſtatato dalla medeſima Santa Fede, ò habbino invocato il demonio, preſtandoli in qualſivoglia modo, & à qualſivoglia effetto honore, e riverenza.

Che ſi ſiano ingeriti, ò s'ingeriſcano, ò come principali, ò come compagni, ò come inſpettori in qualunque eſperimento di Magia, Negromantìa, Incanteſimi, ò altre ſimili ſuperſtitioſe attioni, maſſime con abuſo di coſe ſacre: Incaricando in ciò li Priori delle Claſſi, che non ſolo inſiſtano eſſi ad eſtirpare ſimili ſuperſtitioni, ma de' caſi particolari diano parte à Noi, acciò con maggior vigore vi ſi proveda.

Che non eſſendo Sacerdoti habbino havuto ardire, ò ardiſcano di celebrare il tremendo Sacrificio della Meſſa, ò miniſtrare il Sacramento della Penitenza à i Fedeli di Gieſù Chriſto, ò abuſare dell'amminiſtratione di detto Sacramento, contro i Decreti, e Conſtitutioni Apoſtoliche, e ſingolarmente de' SS. Pontefici Gregorio XV. & Vrbano VIII.

Che habbiano tenuto, ò tengano occulte adunanze, conventicole, diſcorſi, e trattati contro la Religione Cattolica.

Che contro Dio, e ſuoi Santi, ò ſingolarmente contro la ſua Immaculata Santiſſima Vergine Madre Maria proferiſcano, ò habbiano proferito beſtemmie ereticali.

Che impediſcano, ò habbiano impedito in qualſivoglia modo, che non ſi denuncii, ò non ſi eſeguiſca chi, ò quando ſi deve per ſervitio di cauſe di materia di Religione.

Che habbino, ò habbiano havuto libri ſtampati, ò manòſcritti contenenti Ereſie, ò libri, ò ſcritture d'Eretici trattanti di Religione, ſtampati ſenza licenza de' Superiori, chi li leggono, tengono, ſtampino, faccino ſtampare, ò difendono ſotto qualſivoglia preteſto, e colore, come anco libri, e ſcritture di Negromantìa, Magìa, Incanteſimi, Sortilegii, Superſtitioni, quelli, che per arte diabolica legaſſero, ò ſapeſſero legare li Spoſi, accròche non poſſano conſumare il matrimonio, e chiunque à ſimil deteſtabile attione deſſe ajuto, favore, ò conſiglio.

Inoltre ſono compreſi quelli, che con arti ſuperſtitioſe ſapeſſero curare l'infermità, tanto di huomini, quanto d'animali, ò ritrovare animali, ò altre coſe ſmarrite, ò rubbate.

Perciò chi haveſſe notitia di tali delinquenti, ſia tenuto à denunciarli ſotto pena di ſcomunica latæ ſententjæ, e gli ſteſſi deliqnenti con dare opera à tali ſortilegii, e ſuperſtitioni incorrono ipſo facto nelle medeſime pene eſpreſſe nell'Editto.

Che

Che doppo il voto ſolenne, ò Ordine Sacro habbia contratto Matrimonio.

Che vivendo la prima Moglie habbiano contratto Matrimonio con altra, ò vice verſa.

Che habbiano mangiato, ò mangino carne,ova, ò latticinii ne i giorni prohibiti,ò ne habbino fatto,ò dato à mangiare à i paſſaggieri, foreſtieri, ò altri da loro alloggiati.

Dichiarando, che per l'eſpreſſione de' caſi fin quì ſpecificati, da rivelarſi come ſopra, non s'eſcludono altri in qualſivoglia modo ſpettanti al Sant'Officio dell'Inquiſitione.

E che dalla detta ſcomunica, e pene, nelle quali i diſubedienti incorreſſero, niuno, ſe non da Noi, ò dal ſupremo Tribunale del Sant' Officio di Roma potrà eſſere aſſoluto, ſe prima non havranno giuridicamente fatto la loro denuncia, e ſodisfatto all'obligo, che l'impone il preſente Editto.

Avvertiamo poi i Parochi,e vivamente l'eſortiamo nel Signore, che non laſcino eſpoſta à ſimili fiere la Greggia, di cui ſono cuſtodi, e ſe alcuno vi penetraſſe,diligentemente ne diano à Noi avviſo, acciòche con ogni premura vi ſi proveda. Incaricandoli à queſto fine l'indagare attentamente l'attioni de' Vagabondi, e sfacendati, e ſpecialmente di certi, che ſi chiamano Zingari.

Quelli, che haveranno libri prohibiti, ò ſcritture in qualſivoglia modo dannate, ſenza licenza di Roma, dentro un meſe fuori della Città, e dentro della Città quindeci giorni (la prima parte de' quali reſpettivamente ſi aſſegna per il primo termine, la ſeconda, e la terza per il terzo, ultimo, e Perentorio termine) ſotto pena di ſcomunica ipſo facto incurrenda,& altre pene contenute nell'Indice regolare,devono haver depoſitato realmente i ſopradetti libri, ò ſcritture prohibite ſiggillate in mano noſtra. Dato in Mileto dal noſtro Palazzo Veſcovale queſto dì

OTTAVIO VESCOVO DI MILETO.

Giuſeppe Mele Segretario.

Tabella affigenda in Sedibus Confeſſionalibus.

Cenſuræ in Bulla Cœnæ.

1 Hæretici, Sciſmatici, atque eorum fautores, libroſque hæreticorum legentes.

2 Naufragantium Chriſtianorum bona in mare, vel in litore ſurripientes.

3 Pyratæ in mari Romano, eorumque fautores.

4 Imponentes nova pedagia, gabellas,&c.

5 Falſificantes literas Apoſtolicas.

6 Arma,ſerrum æquos, &c. deferentes ad inimicos nominis Chriſtiani, vel ad hæreticos, iiſque auxiliantes, conſilium dantes.

7 Impedientes eos, qui victualia Romam deferunt.

8 Qui-

8 Qui euntes Romam, vel ab ea recedentes, ſpoliant, mutilant, capiunt, & ſine juriſdictione vexant in Curia Romana commorantes.
9 Vindicantes ſibi juriſdictionem Apoſtolicam.
10 Vulnerantes, vel capientes Epiſcopos, Cardinales, &c.
11 Qui per ſe, vel per alias perſonas, quæ Romam pro ſuis cauſis recurrunt, vel ibi propter eaſdem commorantur, vel Iudices, officialeſque dictarum cauſarum, occaſione earundem, &c. occidunt, percutiunt, ſpoliant.
12 Appellantes à gravamine, vel futura executione literarum Apoſtolicarum ad poteſtatem ſęcularem.
13 Impedientes earumdem literarum Apoſtolicarum, ſeù cauſarum ſpiritualium executionem.
14 Iudices ſæculares, qui Eccleſiaſticas perſonas trahunt ad ſua Tribunalia, quique Eccleſiaſticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.
15 Impedientes Prælatos, ne ſua juriſdictione utantur, quique illorum delegatorum judicia eludentes recurrunt ad Curiam ſæcularem, aut contra illos aliquid decernunt.
16 Ferentes ſtatuta libertati Eccleſiaſticæ contraria, iiſdem fortè conditis utentes.
17 Vſurpantes Eccleſiarum juriſdictiones, vel etiam fructus.
18 Imponentes onera Eccleſiaſticis.
19 Iudices ſęculares, quiſe interponunt in criminalibus contra Eccleſiaſticos.
20 Occupantes bona Eccleſiæ Romanæ, illiuſque juriſdictionem uſurpantes.
21 Præſumentes abſolvere prædictos.

Cenſuræ, & Caſus per Nos reſeruati.

1 Homicidium voluntarium, vel abortum animati fœtus commitentes, procurantes, auxilium, vel conſilium dantes.
2 Allocutio cum Monialibus, etiam in ſcriptis, & vice verſa allocutio earundem Monialium cum Viris, exceptis Conſanguineis in primo gradu.
3 Falſificantes menſuras, vel pondera, falſum deponentes in judicio, vel cæcas literas, aut cũ ſuppoſitis nominibus ſcribentes, vel ſcribi mandantes, & conſulentes.
4 Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, etiam ſpiritualis, ac peccata beſtialitatis, & ſodomiæ ultrà quatuordecim annos, necnon concubinatus ultrà duos menſes.
5 Parentum, aut Clericorum etiam privatè, ac leviter percuſſores, ad quos ex officio correctio non ſpectat.
6 Medicorum acceſſus ultrà tres dies ad ægrotos non confeſsos.
7 Blaſphemantes Deum, Beatam Virginem, ac Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum; à fortiori verò blaſphemię hęreticales.

8 Veneficia, maleficia, incantationes, ſuperſtitiones, & ſortilegia cum dæmonis invocatione etiam tacitâ.

9 Virginum defloratores, earumque raptores, etiam conſentientium.

10 Non ſolventes Decimas, legata pia, vel Eccleſiaſtica debita quæcunque.

11 Emittentes ejulatus, vel capillos evellentes mulieres exequiarum tempore in Eccleſiis.

12 Facientes donationes fictitias Ordinandis patrimonium non habentibus.

13 Cenſuræ omnes, quæ in Synodo continentur.

Excomunicationes contra

Non denunciantes hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, maleficos, veneficos, magos, & alios huiuſmodi. ſeſſ. 1. cap. 1. n. 3.

Lectores, vel detentores librorum prohibitorum, ſeſſ. 1. cap. 1. n. 4.

Tenentes in lecto infantem ante annum, & cogentes. ſeſſ. 1. cap. 5. n. 9.

Confeſſarios audientes confeſſiones ſine licentia in ſcriptis, vel abſolventes à caſibus reſervatis. ſeſſ. 1. cap. 7. n. 1. 5.

Regulares miniſtrâtes Euchariſtiam in die Paſchatis. ſeſſ. 1. cap. 8. n. 10.

Deferentes in matrimoniis impedimentum fictum, vel verum non deferentes. ſeſſ. 1. c. 11. n. 4.

Veneficiis ligantes ſponſos. ſeſſ. 1. cap. 11. n. 4.

Contrahentes matrimonia clandeſtina, vel in gradu prohibito. ſeſſ. 1. cap. 11. n. 9.

Sacerdotes pro mercede alienos agros colentes. ſeſſ. 2. cap. 1. n. 2.

Sacerdotes, ac Clericos arma prohibita deferentes. ſeſſ. 2. cap. 1. n. 3.

Adminiſtratores piorum locorum rationes ſuæ adminiſtrationis ultra ſemeſtre non reddentes. ſeſſ. 2. cap. 5. n. 2.

Procuratores acceptantes onera perpetua Miſſarum ſine licentia. ſeſſ. 2. cap. 5. n. 5.

Expendentes, dividentes, vel mutuas dantes ſortes capitales, aut pecunias loci pii, cujus ſunt, applicantes ad alium uſum. ſeſſ. 2. cap. 5. n. 6.

Occupantes jura, cenſus, ſcripturas loci pii, vel conſentientes, aut non denunciantes. ſeſſ. 2. cap. 5. n. 8.

Viros alloquentes cum Monialibus, Converſis, & Educandis, exceptis Conſanguineis in primo gradu. ſeſſ. 2. c. 6. n. 7.

Abbatiſſas, & Ianitrices recipientes cuſtodienda intrà clauſtra bona mobilia. ſeſſ. 2. cap. 6. n. 9.

Moniales permittentes ingreſſum pueris, ac puellis cujuſcumque ætatis ſeſſ. 2. cap. 6. n. 10.

Eccleſiarum Rectores permittentes in eis pernoctari, aut animalia includi. ſeſſ. 3. cap. 1. n. 2.

Inſpicientes in Eccleſia corpus delicti in aliquo occiſo ſine licentia. ſeſſ. 3. cap. 1. n. 2.

Explodentes ſclopos in Eccleſiâ, rixas excitantes; percutientes, &c. ſeſſ.3.cap.1.n.5.

Laicos in Eccleſiis habentes ſedem propriam, vel ſcamnum, excepto tempore Quadrageſimæ concionis cauſa. ſeſſ.3.cap.1.n.9.

Rectores Eccleſiarum, & Sacriſtas dantes reliquias, ſicuti etiam eaſdem accipientes. ſeſſ.3.cap.1.n.11.

Diſtrahentes, vel alienantes bona Eccleſiarum, & beneficiorum, inveſtientes earum pecunias ſine licentia, eas accipientes, non denunciantes, & Notarios rogantes tales contractus. ſeſſ.3.cap.2.n,1.9.

Violatores Eccleſiarum quocunque modo. ſeſſ.3.cap.4.n.2.

Quoſcunque impedientes executionem mandatorum hujus Curiæ; ſeſſ.3.cap.4.n.5.

Admittentes Sacerdotes, etiam Regulares ad celebrandum in ſuis Oratoriis ſine licentia. ſeſſ.3.cap.5.n.3.

Laicos cuiuſcumque ætatis in Choro permanentes Divinorum tempore. ſeſſ.3.cap.6.n.5.

Facientes contractus, actus iudiciales, ac ſimiles executiones feſtivis diebus. ſeſſ.3.cap.7.n.2.

Non audientes Sacrum diebus feſtis ex cauſa luctus, vel alio prætextu. ſeſſ.3.cap.7.n.5.

Mulieres ingredientes clauſtra Regularium prætextu aſſociandi proceſſiones. ſeſſ.3.cap.9.n.4.

Conducentes lamentatrices in morte parentum, ac ipſas conductas. ſeſſ.3.cap.10.n.3.

Sepulturam dantes in Eccleſia publicis peccatoribus. ſeſſ.3.cap.10.n.6.

Damnificantes Epiſcopo mortuò Palatium, Viridarium, &c. vel deripientes mobilia, ſcripturas, &c. ſeſſ.3.c.10.n.9.

Examinatores præmonentes examinandos de caſibus proponendis, vel quidquam ab eis accipientes examinis cauſa, ſicuti etiam mediatores. ſeſſ.3.cap.11.n.2.

Auferentes ſcripturas ab Archivio, vel eas lacerantes, aut caſſantes, & ablatas non reſtituentes. ſeſſ.3.cap.13.n.23.

Sacerdotes, qui permittunt Regulares in Eccleſiis ſæcularibus, vel in proceſſionibus, quæ fiunt per Clerum, functiones peragere. petit.4.

Immittentes poma, mala aurea, & ſimilia ſponſis de recenti, vel effundentes verba irriſoria, & indecētia ſponſis ſenibus, vel Viduis. petit.8.

Accipientes ex Tabellariis, vulgò, le poſte, literas alienas abſque mandato eorum, quibus diriguntur. petit.11.

Vocantes ſe Compatres, & Commatres, licèt verè non ſint, ad pravum finem. petit.13.

Suſpenſiones contra

Parochos non deſcribentes, vel deſcribere ultrà biduum differentes in libro baptizatos, confirmatos, matrimonio conjunctos, ac defunctos. ſeſſ.1.cap.5.n.7.

Ordinatos ab alieno Epiſcopo abſque literis dimiſſoriis.ſeſs.1.c.10.n.9.
Promotos abſque ſufficienti patrimonio.ſeſſ.1.cap.10.n.15.
Parochos non denunciantes converſationem inter ſpõſos.ſeſſ.1.c.11.n.5
Parochos coniungentes ſponſos antè legitimam ætatem.ſeſs.1.c.11.n.6,
Sacerdotes celebrantes cum annulo.ſeſs.2.cap.1.n.1.
Capitulares facientes literas, memorialia, ſeù atteſtationes extrà Capitulum. ſeſs.2.cap.2.n.22.
Vicarios foraneos negligentes iura Epiſcopalis Menſæ.ſeſs.2.cap.4.n.6
Sacerdotes celebrantes in Eccleſiis Monialiũ ſine licentia.ſeſs.3.c.5.n.3
Confeſsarios Monialium ab ipſis accipientes munera etiam exigui valoris. ſeſs.2.cap.6.n.14.
Sacerdotes celebrantes in Oratoriis privatis ſine licentia.ſeſs.3.c.5.n.3.
Sacerdotes falsò ſubſcribentes in libro Miſsarum.ſeſs.3.cap.5.n.5.
Sacerdotes aſsumentes onus celebrandi Miſsas ultrà ſex in hebdomadam.ſeſs.3.cap.5.n.9.
Sacerdotes aſſiſtentes funeribus, & exequiis abſque cotta, & bireto. petit.9.

Decreta Sacræ Congregationis Concilii SS.D.N.Vrbani Divina Providentia Papæ VIII. auctoritate edita, De celebratione Miſſarum.

CVM ſæpè contingat,in quibuſdam Eccleſiis tàm magnnm Miſſarum celebrandarum numerum ex variis defũnctorum relictis, aut piorum eleemoſynis impoſitum eſſe,ut illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri, & tamen nova onera Miſſarum in dies ſuſcipiantur;indèque fiat, ut depereant piæ teſtantium voluntates;obſtricta benefactoribus fides violetur; defunctorum animæ ſuffragiis priventur; Eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus; ac Chriſtifideles gravi ſcandalo affecti, plerumque à ſimilibus charitatis operibus retrahantur.Cumque his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſcipiunt,ſperent illas brevi ad pauciorem numerum à Superioribns reductum iri,aut quod Eccleſiis ſorte pecuniarum abſumpta, plerumque nuda remaneant onera Miſſarum, abſque ullo emolumento;aut quod eleemoſyna pro illis celebrandis ſit adeò tenuis, ut non facilè inveniantur,qui velint huic ſe muneri ſubiicere; & redditus Eccleſiæ, aut Monaſterii adeò exigui, ut Sacerdotes pro neceſſaria ſua ſuſtentatione novis ſe oneribus obſtringere compellantur: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpetrum animadvertens, facturam ſe rem Deo gratiſſimam, Charitatique, ac Iuſtitiæ maximè conſentaneam, ſi pro viribus ſatagat, hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana Republica convellere,atque eradicare;Sanctiſſimi D.N.Vrbani Divina providentia PP.VIII. auctoritate, ſibi ſpecialiter attributa, infraſcripta decreta edidit.

Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, nè Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis: ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam Sedem recurratur; quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur; alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omninò nullas, atque inanes decernit.

Deindè ubi pro pluribus Miſſis, etiam ejuſdem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuſcumque tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio ſub obteſtatione Divini Iudicii mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; itaut alioquin ii, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant; quinimmò gravitèr peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

Id verò ut deinceps obſervetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac locis piis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, quamcumque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeù orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.

Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eamdem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, ut par eſt, adimplendis eo tepidiores, ac ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parvà ſint utilitate conjuncta; ſtatuit, atque decernit, ut pecuniæ, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monaſteriis, Conventibus, ac locis omnibus tàm ſæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimplicitèr acquirenda cum onere perpetuo Miſsarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet (ſub pœna Interdicti ab ingreſsu Eccleſię ipſo facto incurrenda) à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penès ædē Sacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, ſeù illarum pretium quamprimùm inveſtiendi in bonis immobilibus, fructiferis, cum expreſsa, & individua mentione oneris, quod illis annexū reperitur: ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtolica deinceps

alie-

alienari contigerit, eorumdem pretium ſub eàdem pœna, ut ſuprà, deponi, atque in aliis bonis ſtabilibus itidem fructiferis cum ejuſdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibuſvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum locorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet, ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſsarum celebrandarum, ſæculares quidem ſine Epiſcopi, vel ejus generalis Vicarii, Regulares verò ſine Generalis, vel Provincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda: alioquin ſæcularis, qui hujus prohibitionis tranſgreſsor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo: Regularis verò pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque activæ, ac paſſivæ, abſque alia declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales; & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum, iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, ut nova quoque onera ſuſcipere valeant; alioquin omninò abſtineant ab hujuſmodi eleemoſynis, etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis cum inſcriptione illa (Eleemoſyna pro Miſſis) vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſcopus verò, ſeù eius Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſsarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco pio incumbentibus; nec antea aſsenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri ſuſcipiendo, quam antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſse, præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Eccleſiis, & locis piis relinquuntur, omninò reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundum morem cuiuſque Civitatis, vel Provinciæ: intelligantq; ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint; in noviſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſse reddituros.

Poſtremo Illuſtriſs. Patres, nō ſine gravi animi dolore intelligētes, mala ferè omnia, quæ regularē diſciplinā evertunt, ac præcipuè nimiā hāc facilitatē fovēt in oneribus Miſsarū ſupra vires ſuſcipiēdis, veluti ex infecta radice pullulare ex majori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemoſynæ cujuſque Monaſterii; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii decretis hac de re editis, Sanctiſſimi Domini Noſtri authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & ſingulis Generalibus, Provincialibus, Commiſſariis, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicariis, & quibuſcunque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium intra fines Italiæ, & inſularum adiacentium; ut ſinguli, ad quos pertinet, in quali-

bet

bet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, & proventus omnes, conſuetas item eleemoſynas, & obventiones, tàm communes Monaſteriorum, Conventuum, & Domorum ejuſdem Provinciæ, quam etiam ſingularibus perſonis Religioſis aſſignatas, ſeu permiſſas, in communem uſum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant, iis omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, aliavè cujuslibet generis onera conſueverunt abſorbere, eaque omnia ſcripto fideliter exarata, idem Snperior, cujus intereſt, in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali, vel provinciali coram tribus Iudicibus ab ipſomet Capitulo, ſeu Congregatione deligendis, proponat qui, computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, & oneribus, ut ſupra, detractis, ſedulo examinent, quot religioſi homines (connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus) in unoquoque Monaſterio, Conventu, & Domo regulari juxtà regionis, & proprii Inſtituti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redditunm, eleemoſynarum, & onervm præciſam notam ipſimet Capitulo, ſeu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, cujuſque familiæ, Monaſterii, Conventus, ac Domus regularis in ſingula quaque Provincia certus earum tantum perſonarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemoſynis, & obventionibus, ut ſuperiùs, ſufficienter ali poſſint. Ne verò Superiores, qui id præſtare debent, ſerius, aut remiſſius, quam par eſt, ſuo muneri ſatisfaciant, mandat Sacr. Congregatio, ut infrà annum, poſt proximnm Capitulum generale, vel provinciale computandnm, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in authenticam formam redacta ad Sacram ipſam Congregationem Concilii ſinguli mittant; numerumque familiæ, ſingulorumq; Conventuum, Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi regularium, Capituli, ſeu Congregationis generalis, vel provincialis ſententia, & auctoritate præfinitum, iidem Superiores, tàm Generales, & Provinciales omnes, quàm locales perpetuò ſervare omninò teneantur; nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti redditunm, abſque Sacræ ipſius Congregationis licentia. Superiores autẽ hujuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præſtiterint, vel numerum, ut ſupra præſcriptũ quovis modo augere præſumpſerint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vociſque activæ, ac paſſivæ, & ad omnia ſuæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipſo incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis Sacra Congregatio ſubiacere voluit, & declaravit.

Deinceps verò Monaſterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium, nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita, in ſingulis ejuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut

aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus,ut ſupra, detrahendis, competenter ſuſtentari valeant, ad præſcriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monaſteria, & loca hujuſmodo poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi,ut ſupra,ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni,atque omnimodæ juriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.

Porrò, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, ſeu deſuetudinem abeant,Superiores locales cujuſque Monaſterii,Conventus,ac Domus Regularis curare, atque efficere teneantur ſub pœna privationis officii,vociſque activæ,& paſſivæ ipſo facto incurrenda,ut in perpetuũ, ſexto quoque menſe, ideſt feria ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria ſexta poſt Octavam Corporis Chriſti præſentes ordinationes in publica menſe,perlegantur. Omnibus tàm Eccleſiaſticis perſonis, cujuſcunque ſint ordinis,conditionis, & gradus,quàm laicis quocunque honore, ac poteſtate præditis,præſentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obſtantibus (quoad ſupraſcripta omnia, & ſingula in præſentibus Decretis contenta) conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt. in favorem quarumcunque perſonarum, atque Ordinum tàm Mendicantium,quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius inſtituti, etiam neceſſariò,& in individuo exprimendi,Eccleſiarum, Monaſteriorum,Conventuum,Collegiorum, Capitulorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcunque tàm ſæcularium, quàm regularium locorum; nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis,& literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut alias nuncupatis,ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam comunicationis, ſeu extenſionis, conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis,eorumque totis tenoribus, & formis,ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum (non autem per clauſulas generales)mentio,ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata,inſerti forent,præſentibus pro expreſſis habens, quibus quoad ea,quæ præſentibus adverſantur,(illis alias in ſuo robore permanſuris) Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate ſpecialiter, & expreſsè derogat, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Et ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit;voluit eadem Sacra Congregatio, ut præſentes Ordinationes in valvis Baſilicarum

rum

rum S.Ioannis Lateranenſis,& Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, ut moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet,ita arctent,& afficiant, ac ſi unicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent: Vtque earundem præſentium tranſumptis,etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Dat.Romæ die 21.Iun. 1625.

Coſm. Cardinalis de Torres.

Loco † ſigilli.

Proſper Fagnanus Sacr. Congr.Secr.

Decretum de conficiendo Tabella Onerum perpetuarum Miſſarum contentum in Epiſtola Circulari, de ordine Sacræ Congregationis Locorum Ordinariis ſcripta.

Reuerendiſſime Domine.

CVM Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E.Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum nō in frequentibus Chriſti fidelium querimoniis edocta intelligat quamplura onera Miſſarum ab illis, ſiue ab eorum Majoribus titulo Beneficii fundata, aut piis donationibus, ſeù Conventionibus conſtituta, aut ultima voluntate relicta,à Rectoribus Beneficiorum, aut ab Eccleſiarum, Locorumve piorum adminiſtris, vel etiam à privatis Sacerdotibus negligi, itaut earumdem Miſſarum celebrationi nullatenùs,aut diminutè,vel ſerò ſatisfiat; Eminentiſſimi Patres animadvertentes ad hujuſmodi incuriam, ſivè potiùs fraudem eliminandam,qua piæ teſtantium voluntates depereunt,obſtricta Benefactoribus fides violatur,& divinus cultus imminuitur,aliàs ſub die 21.Iunii 1625.decreta generalia de celebratione Miſſarum juſſu ſan.mem.Vrbani VIII.à ſe edita, ac typis impreſſa fuiſſe,eorumdem obſervantiam,atque cuſtodiam in præſens magis, magiſque urgendā, atque inculcandā cenſuerunt,utpotè quod in ipſis Decretis huic teterrimo abuſui eradicando,qui plerumque ex damnabilis lucri cupiditate, aut ex faciliori onerum receptatione ſuboritur, providè conſultum eſt. Quapropter Sacra Congregatio quamvis perſuadeat ſibi amplitudinem ſuam partes ſuas circa onera Miſſarum ad implementum ſtudioſè procurandum diligentèr obire; Nihilominùs quia tanti momenti res novum quotidiè, atque exuberans ſtudium,& ſollicitudinem expoſcit. Eadem Sacra Congregatio ſpeciali auctoritate per SS.D.N. ſibi attributa Amplitudini tuæ iujungit,ut ipſorum Decretorum cuſtodiam,atque obſervantiam in tua Diœceſi accuratè, & ſeriò procures, atque adverſus eorūdem violatores animadvertas:& quò faciliùs illorū negligentia,aut fraus detegatur, ſedulò perſpectis teſtamenti conventionibus,aliiſque ſcripturarum documentis, quibus onera Miſſarum unicuique Eccleſiæ, ſivè loco pio, ac privatis Sacerdotibus incumbentia continentur, vocatis etiam omnibus illis,quorum intereſt, Tabella conficiatur, in qua prædicta onera dilucidè, & diſtinctè adnotata ſint,

 & pu-

& publicè in Sacriſtia ejuſdem Eccleſiæ exponatur. Atque ibidem liber quotidiano uſui paratus ſit,in quo ſinguli Sacerdotes, qui in ea Eccleſia Sacrificium obtulerint, Miſſam à ſe tali die celebratã adnotent, & cujus oneris ratione celebraverint propriæ manus ſubſcriptione teſtetur

Quæ omnia ità diligentèr ab Amplitudinis tuæ vigili providentia perficienda,ſperant Eminentiſſimi Patres,ut ipſa,quod grave hujuſmodi miniſterium tepidè,ac perfunctoriè peregerit,coram Supremo Iudice Chriſto Domino redargui minimè poſſit, & Amplitudini tuæ copioſa divinorum Chariſmatum incrementa ex animo præcamur.Romæ 10.Decembris 1663.Vti Frater.F.Card.Chiſius.C.de Vecchis Epiſcopus Cluſinus S.C.C.S.Gratis etiam quoad ſcripturam.

Gregorii Papæ XV. Conſtitutio contra Sollicitantes in Confeſſionibus.

Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam.

VNiverſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti,cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conſervetur immunis, multoque majori ſtudio providere, ut omnis peſtis ab iis avertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Evangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato non ſit,in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus; Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis proviſum fuit, ut impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſtifideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet.procul ab iis arceatur, videlicet,ut aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, ſacroſancto Pœnitẽtiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur; idcircò Nos ea, quæ his perniciosiſſimis Diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, ut nullibi deſiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus. Alias ſiquidem à fel. record. Pio Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, vz. Pius Papa IV. Venerab. Fratri Archiepiſcopo Hiſpalen.in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ pravitatis Inquiſitori Generali. Cum ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diverſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Civitatibus, & Dioceſibus curam animarum habentes, ſivè eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit, Domino Deo,& Salvatori noſtro IESV CHRISTO iniuriam facere vereantur; mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alli-

alliciendo, & provocando,ſeù allicère,& provocare tentando, & procurando,ac loco earum per Sacramentum hujuſmodi Creatori noſtró reconciliationis graviori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo in divinæ Majeſtatis offenſam, & animarum perniciem, Chriſtifidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod, qui de fide Catholica rectè ſentiunt Sacramentis,in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant: Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus quatenus per te, vel per alium, ſeù alios à te deputandum, ſeù deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Civitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tàm ſæculares, quàm quorumvis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares,cuiuſcumque dignitatis, ſtatus,gradus,ordinis,conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tàm ſuper præmiſſis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & juxtà facultatem tibi contrà hæreticos, aut de hæreſi quovis modo ſuſpectos, à Sede Apoſtolica conceſſam continentiam,& tenorem procedas,ac culpabiles repertos, juxtà exceſſuum ſuorum qualitates, prout juris fuerit, punias; eos etiamſi & prout de jure fuerit faciendum,debita præcedente degradatione ſæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo.Non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, necnon Ordinum quorumlibet,quorum ipſi Sacerdotes fuerint,etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alià roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis; ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſſis,etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialitèr,& expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. D tum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Aprilis M. D. LXI. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Igitur, ut literæ prædictæ perpetuis futuris temporibus, ubique locorum inviolabiliter obſerventur, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquiſitorum præinſertas literas hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus,illaſque non ſolùm in prædictis Regnis Hiſpaniarum,ſed in quibuſvis Chriſtiani orbis partibus firmiter, & inviolabiliter obſervari præcipimus, & mandamus: ac præcereà,ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus,decernimus,& declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes,

tes,tàm ſæculares,quàm quorumvis, & quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum, Ordinũ, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares,cujuſcumque dignitatis,& præeminentiæ, aut quouis privilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſivè cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediatè, ſeù occaſione, vel prætextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſequuta, ſivè extra occaſionem confeſſionis in Confeſſionario,aut in loco quocunque,ubi confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeù ad confeſſionem audiendam electo, ſimulate ibidem confeſſiones audire,ſollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeveriſſimè,ut infra,puniantur: Et præterea omnes hæreticæ pravitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum univerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus, & Territoriis, per has noſtras literas, etiam privativè quoad omnes alios,ſpecialitèr,ac perpetuò Iudices delegamus, ut ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus,prout in cauſis fidei, iuxtà Sacrorum Canonum formam, necnon Officii inquiſitionis hujuſmodi conſtitutiones, privilegia, conſuetudines,& decreta, diligenter inquirant, & procedant,& quos in aliquo ex huiuſmodi nefariis exceſſibus culpabiles repererint,in eos pro criminum qualitate, & circumſtantiis,ſuſpenſ.ab exequutione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ,& paſſivæ,ſi Regulares fuerint, exilii,damnationis ad triremes, & carceres,etiam in perpetuum abſque ulla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant: eos quoque, ſi pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Inquiſitoribus,ne delictum tàm enorme, & Eccleſiæ Dei tàm pernicioſum remaneat ob probationum defectum impunitum, cùm difficilis ſit probationis,teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari,ut præfertur,reum tradendum eſſe pronunciandi. Nõ obſtan.omnibus, quæ dictus prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque: mandantes omnibus Confeſſariis,ut ſuos pœnitentes, quos noverint fuiſſe ab aliis, ut ſupra, ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeù, ut præfertur,tractantes,Inquiſitoribus, ſeù locorum Ordinariis prædictis: quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeù tractantes, ut ſupra, iidem locorum Ordinarii, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus

cujus

cuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra ubique habeatur, quæ pręſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes literæ, ſeù illarum exempla ad valvas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſ., ac Principis Apoſtolorum de Vrbe,& in acie Campi Floræ affixæ,omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi unicuique perſonalitèr intimatę fuiſſent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Auguſti 1622. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

S.Card. S.Suſannæ.

Anno à Nativitate D.N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo, vigeſimo ſecundo Indictione 5. die verò prima menſis Sept. Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris D. N. Gregorii Divina Providentia Pp. XV. anno eius 2. retroſcripta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Baſilicarum S.Ioannis Lateran.Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt,per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem.

Octavius Spada Mag. Curſ.

Sanctiſs. Domini Noſtri Clementis Divina Providentia Papæ X. Conſtitutio, in qua Regularium privilegia, quo ad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem, declarantur.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

SVperna magni Patris familias præordinatione creditum Nobis univerſalis Eccleſiæ myſticum agrum circumſpecta providentia cuſtodire,atque excolere(quantum ex alto conceditur)ſatagentes, animum in eas curas libentèr intendimus, quibus valeant diſſidia intèr villicos, & operarios componi, jurgia tolli, ſcandalis,atque offenſionibus aditus præcludi; Vt quibus una fides, una Mater Eccleſia, & unus Dominus; qui charitas eſt,& pacis cogitans cogitationes; fiat etiam cor unum, & anima; ſic etenim evulſis opportunè zizaniis, dum plantamus, & rigamus; incrementum dabit Deus; Quo benedicente meſſis multa fructu centeſimo cœleſte in horreum congregabitur.

Sanè cum Sacri Concilii Tridentini decretis providè ſtatutum fuerit, ut Regulares cujuſcunque Ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus,& ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia,etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint,cum qua licentia perſonalitèr ſe coràm Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prędicare incipiant; In Eccleſiis

verò

verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur; Sine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint. Atque ut nullus ſæcularis, ſive Regularis etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis poſſit confeſſiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneus reputari, niſi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur; Et approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & conſuetudine quacunque non obſtantibus. Innotuit Nobis dubitationes nonnullas circà benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem eiuſmodi in aliquibus Diœceſibus excitatas fuiſſe; ex quibus controverſiæ, & diſſenſiones permultæ in diem ſubſequi poſſent, occaſione privilegiorum, quę per Sedem Apoſtolicam religioſis Ordinibus conceſſa fuerunt.

Nos attendentes, quod alias diverſis temporibus prædictæ dubitationes, & controverſię nonnullis Prædeceſſorum Noſtrorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, earumque Declarationibus definitæ fuerint; Ejuſmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magiſque diſſenſionum tollantur ſemina, & in poſterum firmior in Agro Dominico pax Chriſti floreat, pro ſummo, quo fungimur Apoſtolatus officio, novis Apoſtolicis literis muniendas duximus, & roborandas; Itaque de conſilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, & prudentia præſtantium, & matura deliberatione noſtra, atque ex certa ſcientia; hac generali, & perpetuò valitura Conſtitutione decernimus, ac declaramus.

Regulares, qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere; Prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quod ſi Epiſcopus benedictionem nedum non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis quidèm Eccleſiis licere Regularibus prædicare; Eoſque contravenientes ab illo tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegato, cenſuris, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis in vim Conſtitutionis fel. rec. Gregorii XV. Prædeceſſoris Noſtri, incipientis, *Inſcrutabili Dei providentia*, coerceri, & puniri poſſe. Epiſcopum tamèn abſque juſta, & rationabili cauſa contradicere non debere; Et hujuſmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuſcumque Oratoriis ſui Ordinis ſermonem coram populo, vel in Eccleſijs, aut ad Crates Monaſteriorum Sanctimonialium eorum juriſdictioni ſubjectarum, licèt clauſis januis, & nullus Sæcularis ibi interſit, habere voluerint. Poſſe autem Epiſcopum licentiam conceſſurum Regularibus in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinnm nòn ſunt, prædicare volentibus illos, quamvis ab Univerſitatibus, aut à Magiſtratibus laicis nominatos, etiamſi Epiſcopi Anteceſſores per tempus immemorabile hanc licentiam abſque examine concedere conſueverint,

quoad

quoad doctrinam examinare; Si ità ipſius arbitrio, quod moderatum,& diſcretum eſſe debet, viſum fuerit. Et licentiam prædicandi ſemèl iiſdem conceſsam ob rationabiles cauſas licèt occultas, prædicationem tamen concernentes ſuſpendere: Non poſse tamen Epiſcopum generatim prohibere Regularibus: quin in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicent.

Ad hęc Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſſiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos non poſse in àlia Diœceſi eas abſq; Epiſcopi Diœceſani approbatione audire, quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Epiſcopo ad Perſonarum ſęcularium confeſſiones audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, ſed egere quoque ſpeciali Epiſcopi approbatione; Atque approbatos pro audiendis confeſſionibus Monialium unius Monaſterii minimè poſse audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterii. Itidemque Confeſsores extraordinarios ſemèl deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſse expleta deputatione in vim approbationis hujuſmodi illarum confeſſiones audire, ſed toties ab Epiſcopo eſse approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. Cæterùm in Monaſteriis,ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia inſtituta vivitùr,Poſse tàm Prælatos Regulares, quàm Confeſsores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeù Collegiorum audire confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales, non autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt. Illos autem Religioſos, qui ad confeſſiones audiendas idonei generalitèr reperti fuerint, ab Epiſcopis, generalitèr quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione tēporis, certorumque locorum, aut generis Perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeò idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti,arbitrio Ordinariorum relinqui,ipſos cum limitata facultate, prout iiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere, ſemèl autem ſimplicitèr probatos poſse in Diœceſi Epiſcopi approbantis quovis anni tempore.etiam Paſchali,& quorumcumque etiam infirmorum confeſſiones audire abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen confeſſione teneri dictos Religioſos eorumdem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc poſse illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones præcipi: ſufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltèm per ſcripturam apud ipſum Infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis Paſchali tempore confeſſi fuerint; Conſtitutioni, quæ incipit, *omnis utriuſque ſexus*, quo ad Confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſse cenſendos. Regulares verò ad ejuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine ſimplicitèr,& abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo, ſecus autem ſi ab ejus

Vi-

Vicario, aut ab Anteceſsoribus Epiſcopis, approbatos, non poſse ab eodem, qui approbavit, iterùm examinari; aut ab iiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeù licentias illis conceſsas revocari, niſi nova ſupervenienti cauſa, quæ ipſas confeſſiones concernat; De qua tamen haud neceſsarium eſse, ut in actis conſtet; nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare; ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxàt, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit. Porrò ſi Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi iudicio videantur à Confeſſionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſse volumus, cum præcipua Miniſtri Sacramenti pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad confeſſionis Miniſterium pertinere, ac proindè nihil obſtare, quominùs ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à confeſſionibus audiendis. Attamen confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenùs poſſe. Ex facultatibus per Marc Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuſcumque Ordinis, Inſtituti, aut Societatis etiam Ieſu, conceſſis factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica poſt Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt; nequaquam revixiſſe privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis.

Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideò à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem Confeſsorem in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſsor eſt approbatus, abſolvere, niſi eoſdem pœnitentes noverit in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſse; Vigore ſupradictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus etiam ſatisfacta parte abſolvere Pœnitentes à cenſuris quoad externum, & judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quinimmò Cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denunciatos ab Epiſcopis cogi poſse, gerere, ſe pro talibus, etiam ſi à Regularibus fuerint abſoluti, quoties exhibitis aliquibus Regularium Apoſtolicis Privilegiis coram Epiſcopo, ab eo judicetur ipſa non ſuffragari caſui, de quo agitur; Si dictorum privilegiorum verba obſcura ſint, & ambigua; non eſse ad Metropolitanum provocandum; ſed cum ejus ſit interpetrari, cujus eſt condere: dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apoſtolicæ judicio, prout alias Conſtitutione Prædeceſsoris Noſtri fel. rec. Clementis IV. ſtatutum fuit: eſse requirendam.

Decernentes ſic, & non alias per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel

vel Delegatos quavis auctoritate, & dignitate fungentes; etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, & quoſvis alios ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorātèr contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque quorumvis Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum Societatum etiam Ieſu, ac cujuſvis alterius Inſtituti etiam neceſſariò, & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, Conventuum, Capitulorum, Eccleſiarum, & aliorum quorumcumque tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam Iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis, & privilegiis etiam in corpore Iuris clauſis, aut ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſſis, etiam Mari Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; Conſervatorum deputationibus, eorumquè, atque aliis inhibitionibus, quibus Epiſcopi deferre minimè teneantur, quibuſvis aliis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeù extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, ſpecialis, ſpecifica, expreſsa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & inſertis habentes, illis quoad ea, quæ eiſdem præſentibus adverſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Cæterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæquè loca deferri, ut eæ tamen omnibus innoteſcant; mandamus illas ad Valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, atque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari. Volentes, quòd earundem præſentium literarum tranſumptis etiam impreſſis, manu tamen alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeù perſonæ in dignitate Eccleſiaſticæ conſtitutæ munitis, in Iudicio, & extrà illud, ubi opus fuerit, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam

nam noſtrorum Decreti, Declarationis, Derogationis, Mandati, & Voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo. Vndecimo Kalendas Iulii. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

G. Dat.

Viſa de Curia P.*Ciampinus*. I.G.Sluſius. *D. Ciampinus.*

Anno à Nativitate D.N.IESV CHRISTI 1670.*Indictione* 8.*die verò* 2. *menſis Auguſti Pontific. autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. D.CLEMENTIS Divina Providentia PP.X. anno eius primo præſens Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Eccleſiæ Lateran. Baſilicæ Principis Apoſt. & Cancell. Apoſt. & in acie Campi Floræ, locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Hilarium Centellum SS.D.N. Papæ Curſ.*

Petrus Marcheratus Mag. Curſ.

Feria v. die 24. Septemb. 1665.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſs. D.N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S.R.E.Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialitèr Deputatis.

SAnctiſſimus D.N. audiuit non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ Diſciplinæ relaxativas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterùm ſuſcitari, partim noviter prodire; Et ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem ſi pro recta regula fideles in praxi ſequerentur, ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela. Quarè, ne ullo unquam tempore viam ſalutis, quam ſuprema veritas Deus, cuius verba in æternum permanent, arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari, ſeù veriùs perverti contingeret, idem Sanctiſſimus D. N. ut oves ſibi creditas ab eiuſmodi ſpatioſa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro paſtorali ſollicitudine in rectam ſemitam evocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deindè Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſeriò commiſit: Qui tantum negotium ſtrenuè aggreſſi, eique ſedulò incumbentes, & maturè diſcuſſis uſque ad hanc diem infraſcriptis

pro-

propoſitiónibus, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim expoſuerunt.

1 Homo nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei,& charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare,ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt,anno 1629. 18. Iulii in Conciſtorio Sacræ Congregationis Emin. Cardinalium viſa, & tolerata eſt.

4 Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excomunicatione propter eam incurſa.

5 Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum,non teneris denunciare,ſi probare non poſſis.

6 Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit Pœnitenti chartam poſteà legendam, in qua ad Venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione; ac proindè non eſt denunciandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt:Si ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi.

8 Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet Celebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Vrbani VIII.

9 Poſt Decretum Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.

10 Non eſt contra juſtitiam prò pluribus ſacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium unum offerre; Neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam,promiſſione etiam juramento firmata, danti ſtipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11 Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeù oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

12 Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ Confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.

14 Qui facit Confeſſionem voluntariè nullam; ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

15 Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſ-

ſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere, minantem occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel eius Religioni publicè, & coram graviſſimis Viris prædicta impingere, niſi occidatur.

18 Licet interficere falſum Accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi aliâ viâ non poteſt innocens damnum evitare.

19 Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Vxorem in adulterio deprehenſam.

20 Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eò quod ſit pœna.

21 Habens Cappellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, ſatisfacit ſuę obligationi, ſi Officium per alium recitet.

22 Non eſt contra juſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frangens jejunium Eccleſię, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubiicere præcepto.

24 Mollities, ſodomia, & beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimę, ideòque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit Confeſſionis prę-cepto, dicens: commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro ſe opiniones ęquè probabiles, poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius prę alio.

27 Si liber ſit alicujus junioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet, reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiam ſi abſque ulla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum ſimilium Propoſitionum examini cura, & ſtudium impenditur, intereà idem Sanctiſſimus re maturè conſideratâ ſtatuit, & decrevit, prędictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ut minimum, tanquam ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet; ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, & defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excomunicationem, à qua non poſſit (prętérquàm in articulo mor-

tis)

tis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctę obedientię, & ſub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cuiuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus etiam ſpeciali, & ſpecialiſſimà notà dignis, ne prędictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis Not. &c.

Loco † Sigilli.

Anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris D. N. D. Alexandri, Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ, & SS. Inquiſitionis Curſorem.

Feria v. die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſ. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ab Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hęreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.

SAnctiſſimus D. N. poſt latum Decretum die 24. Septembris proximè elapſi, quo viginti octo propoſitiones damnatę fuerunt, examinatis ſedulò, & accuratè uſque ad hanc diem infraſcriptis aliis quadrageſimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos DD. Cardinales adverſus hęreticam pravitatem Generales Inquiſitores, eorum ſuffragia ſingillatim ſuper unaquaque ipſarum audivit.

℞ Propoſitio 29. In die Iejunii, qui ſępiùs modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30 Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

31 Excuſantur abſolutè à pręcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.

32 Non eſt evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33 Re-

33 Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit.

34 In die Palmarum recitans officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.

35 Vnico officio poteſt quis ſatisfacere duplici pręcepto pro die pręſenti, & craſtino.

36 Regulares poſſunt in foro conſcientię uti privilegiis ſuis, quę ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentię conceſſę Regularibus, & revocatę à Paulo V. hodie ſunt revalidatę.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm, eſt conſilium, non præceptum.

39 Illa particula *quamprimùm* intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40 Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quę ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

41 Non eſt obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgò *regalo*, dùm deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tœdio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficile inveniretur.

42 Licitum eſt mutuanti aliquid ultrà ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro Anima relictum non durat plus, quàm per decem annos.

44 Quoad forum conſcientiæ, Reo correcto, ejuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.

45 Libri prohibiti, donec expurgentur, poſſunt retineri, uſque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus mature penſatis, idem Sanctiſſimus ſtatuit, ac decrevit, prædictas Propoſitiones, & unamqnamque ipſarum, ut minimum, tanquam ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet: Itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excomunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Not.

Loco ✠ Sigilli.

Anno

Anno à Nativitate D.N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexenteſimo ſexageſimo ſexto, Indictione quarta, die verò 13. menſis Martii, Pontificatus *autem Sanctiſs. in Chriſto* Patris *D.N.D. Alexandri, Divina* Providentia Papæ *VII. anno undecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ* Principis *Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiuſdem Sanctiſs. D.N.* Papæ, *& Sanctiſsimæ Inquiſitionis Curſorem.*

Feria v. die 2. Martii 1679.

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Vaticano coram Sanctiſſimo D. N. D. Innocentio Divina Providentia Papa *XI. ac Eminentiſsimis, & Reverendiſsimis Dominis S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.*

SAnctiſſimus D.N. Innocentius Papa XI. prædictus, ovium ſibi à Deo creditarum ſaluti ſedulò incumbens, & ſalubre opus in ſegregandis noxiis doctrinarum paſcuis ab innoxiis à fel. record. Alexandro VII. Prædeceſſore ſuo inchoatum proſequi volens, plurimas propoſitiones partim ex diverſis, vel libris, vel theſibus, ſeù ſcriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, & deindè Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſubjecit. Quibus propoſitionibus ſedulò, & accuratè ſæpiùs diſcuſſis eorundem Eminentiſſimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem Suam auditis, Idem Sanctiſſimus D.N. re poſteà maturè conſideratà, ſtatuit, & decrevit pro nunc ſequentes propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ſicut jacent, ut minimùm tamquàm ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias propoſitiones in ipſo non expreſſas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenùs approbare.

1 Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententià probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.

2 Probabilitèr exiſtimo, Iudicem poſſe judicare juxtà opinionem etiam minùs probabilem.

3 Generatìm dum probabilitate, ſivè intrinſeca, ſivè extrinſeca quàtumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudentèr agimus.

4 Ab infidelitate excuſabitur Infidelis non credens ductus opinione minùs probabili.

5 An peccet mortalitèr, qui actum dilectionis Dei ſemèl tàntùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile eſt, nè ſingulis quidem rigorosè quinquenniis per ſe obligare preceptum charitatis erga Deum.

7 Tùnc ſolùm obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſumus.

8 Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modò non obſit valetudini, quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

9 Opus Conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

12 Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus, ſuperfluum ſtatui. Et ità vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantùm ex ſuperfluo ſtatui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes abſquè peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare; non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem, ut malum patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirùm ei obventura eſt pinguis hæreditas.

15 Licitum eſt filio gaudere de parricidio Parentis à ſe in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate conſecutas.

16 Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundùm ſe.

27 Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere.

18 Si à poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & Fidei glorioſum conſulo, tacere, ut peccaminoſum per ſe non damno.

19 Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus fidei in ſe ipſo ſit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium,

20 Hinc poteſt quis prudentèr repudiare aſſenſum, quem habebat ſupernaturalem.

21 Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolùm probabili revelationis: immò cùm formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

22 Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23 Fides latè dicta ex Teſtimonio Creaturarum, ſimilivè motivo ad juſtificationem ſufficit.

24 Voċare Deum in Teſtem mendacii levis non eſt tanta irreverentia, propterquam velit, aut poſſit damnare hominem.

35 Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſiue res ſit levis, ſivè gravis.

26 Si quis, vel ſolus, vel corà m aliis, ſiuè interrogatus, ſivè propria ſpontè, ſive recreationis cauſa, ſiuè quocumpue alio fine jùret, ſe non feciſſe aliquid, quod revera fecit; intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perjurus.

27 Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſariū, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita, ut veritatis occultatio cenſeatur tūc expediens, & ſtudioſa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Vrgens metus gravis, eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

30 Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi alitèr hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.

31 Regularitèr occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

32 Non ſolùm licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

33 Licitum eſt tàm hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere, ſicut, & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.

34 Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

35 Videtur probabile omnem fœtum, quamdiù in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere cùm paritur, ac conſequentèr dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

36 Permiſſum eſt furari, non ſolùm in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

37 Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.

38 Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ab-

latum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem illius damni illati.

40 Contractus Mohatra licitus eſt etiam reſpectu ejuſdem Perſonæ, & cum conrractu retrovenditionis prævié inito, cùm intentione lucri.

41 Cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poteſt creditor aliquid ultrà ſortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.

42 Vſura non eſt, dum ultrà ſortem aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur tamquam ex juſtitia debitum.

43 Quidni non niſi veniale ſit, detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxiam falſo crimine elidere?

44 Probabile eſt non peccare mortalitèr, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, quando temporale non datur tamquàm pretium, ſed dumtaxàt tamquàm motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contrà.

46 Et id quoque locum habet, etiam ſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale; immò etiam ſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris æſtimetur, quam res ſpiritualis.

47 Cùm dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes, mortalitèr peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles, ipſi judicaverint ad Eccleſias promovent: Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo pro poſitivo; vel ſecundò, locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò, quando ſit concurſus.

48 Tam clarum videtur, fornicationem ſecundum ſe nullam involvere malitiam, & ſolùm eſſe malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi diſſonum videatur.

49 Mollities jure naturæ prohibita non eſt. Vnde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.

50 Copula cùm conjugata conſentiente marito, non eſt adulteriũ; adeòque ſufficit in confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.

51 Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandum virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortalitèr, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

52 Præ-

52 Præceptum ſervandi feſta non obligat ſub mortali, ſepoſito ſcãdalo, ſi abſit contemptus.

53 Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immò quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus audit.

54 Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia maior pars trahit ad ſe minorem.

55 Pręcepto communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentilitèr vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

57 Probabile eſt, ſufficere attritionem naturalem, modò honeſtam.

58 Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

59 Licet ſacramentalitèr abſolvere dimidiatè tantùm confeſſos ratione magni concurſus Pœnitentium, qualis v.g. poteſt contingere in die magnę alicujus feſtivitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturę, aut Eccleſię, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio; dummodo ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem.

61 Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quinimmò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

62 Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.

63 Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi.

64 Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia Myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

65 Sufficit illa Myſteria ſemèl credidiſſe.

Quicnmque autem cujuſvis conditionis, ſtatus, & dignitatis illas, vel illarum aliquam, conjunctìm, vel diviſìm defenderit, vel ediderit, vel de eis diſputativè, publicè, aut privatìm tractaverit, vel prædicaverit, niſi forsàn impugnando, ipſo facto incidat in excomunicationem latę ſententiæ, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcumque conditionis, dignitatis, & ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Tandem,ut ab injurioſis contentionibus Doctores, ſeù Scholaſtici, aut alii quicumque impoſterùm ſe abſtineant, & ut paci, & charitati cōſulatur;idem Sanctiſſimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit,ut tàm in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quàm in Theſibus, Diſputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni cenſura, & nota, nec non à quibuſcumque conviciis contra eas propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc indè controvertuntur,donec à S.Sede recognitæ ſuper iiſdem propoſitionibus judicium proferatur.

Franciſcus Riccardus Sanctæ Romanæ,& Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate D.N.Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono,Indictione ſecunda,die verò 4.menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſs.in Chriſto Patris,& D.N.D.Innocentii Divina Providentia Papæ XI.anno tertio ſupradictum Decretum affixum,& publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum,Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis,& conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum ejuſdem Sanctiſſ. D.N. Papæ, & Sanctiſs.Inquiſitionis Curſorem.

Feria iv. die 28.Novembris 1682.

In Congregatione Generali S.Romanæ,& Univerſalis Inquiſitionis habita in Conventu S.Mariæ ſuper Minervam coram Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD.S,R.E.Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à S.Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

PRævia matura conſultatione DD.Conſultorum facta fuit diſcuſſio ſequentis propoſitionis: *Scientia ex confeſſione acquiſita uti licet, modò fiat ſine directa, aut indirecta revelatione, & gravamine pœnitentis, niſi aliud multò gravius ex non uſu ſequatur: in cujus comparatione prius meritò contemnatur:* addita deindè explicatione,ſive limitatione, quod ſit intelligenda de uſu ſcientiæ ex confeſſione acquiſita cum gravamine pœnitentis ſecluſa quacunque revelatione, atque in caſu, quo multò gravius gravamen ejuſdem pœnitentis ex non uſu ſequeretur; & ſtatuerunt dictam propoſitionem,quatenus admittit uſum dictę ſcientię, cum gravamine pœnitentis,omninò prohibendam eſſe etiam cum dicta explicatione, ſive limitatione; & præſenti decreto prohibent,ne quis ultrà audeat talem doctrinam publicè,aut privatìm docere,aut defendere, ſub pœnis arbitrio Sac.Congregationis infligendis: mandantes etiam univerſis Sacramenti pœnitentiæ Miniſtris, ut ab ea in praxim deducenda prorſus abſtineant.

Loco ✠ Sigilli.

Franciſcus Riccardus Sancta Romanæ,& Univerſalis Inquiſitionis Not.

Die 5.Decembris 1682.*ſupradictum Decretum affixum,& publicatum fuit*

ſuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum Sanctiſs. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſitionis Curſorem.

Feria 5. Die 24. Auguſti 1690.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coràm Sanctiſſimo D. N. ALEXANDRO Divina Providentia Papa VIII., ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolicà ſpecialitèr deputatis.

SAnctiſſimus D. N. ALEXANDER Papa VIII. non ſine magno animi ſui mœrore audivit duas Theſes, ſeù Propoſitiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem ſuſcitari, alteram de novo erumpere; Et cùm ſui Paſtoralis Officii munus ſit, Oves ſibi creditas à noxiis paſcuis avertere, & ad ſalutaria ſemper dirigere, dictarum Theſium, ſivè Propoſitionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deindè Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contrà Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſedulò commiſit, qui pluries re maturè diſcuſſa infraſcriptis Theſibus, ſeù propoſitionbus ſupèr unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim expoſuerunt.

I. Bonitas obiectiva conſiſtit in convenientia obiecti cum natura rationali: Formalis vero in conformitate actus cùm regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. HVNC HOMO NON TENETVR AMARE, NEQVE IN PRINCIPIO, NEQVE IN DECVRSV VITÆ SVÆ MORALIS.

II. Peccatum philoſophicum, ſeù morale, eſt actus humanus diſconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale eſt tranſgreſſio libera Divinæ legis. Philoſophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſt grave peccatum, ſed non eſt offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctiſſimus omnibus plenè, & maturè conſideratis, primam Theſem, ſeu Propoſitionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, (ſicuti damnat, & prohibet ſub Cenſuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum fautores in Iure expreſſis; Secundam Theſem, ſeù Propoſitionem declaravit ſcandaloſam, temerariam, piarum aurium offēſivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam eſſe, ſicuti damnat, & prohibet, itaut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam diſputaverit publicè, ſeù privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in Excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam Dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi. Inſuper diſtrictè in virtute San-

ctę

ctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, Dignitatis, ac Status, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, nè prædictam Theſem, ſeù propoſitionem ad praxim deducant.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Die 24. Auguſti 1690. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum SS. D. N. Papæ, & Sanctiſs. Inquiſitionis Curſorem.

Feria v. die 7. Decembris 1690.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanę, & Vniverſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coràm Sanctiſſimo D.N. ALEXANDRO Divina Providentia Papa VIII. ac Eminentiſs. & Reverendiſs. DD. S.R.E. Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana contra Hęreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus, à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialitèr deputatis.

SAnctiſſimus D.N. ALEXANDER Divina Providentia Papa VIII. prædictus: Pro paſtorali cura Ovium à CHRISTO Domino ſibi commiſſa de earum ſalute ſollicitus, ut inoffenſo gradu per rectas ſemitas poſſint incedere, & paſcua nimium pernicioſa in pravis doctrinis exhibita vitare, unius ſupra triginta Propoſitionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deindè Eminentiſſimis, ac Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus commiſit, qui tantum negotium diligentèr aggreſſi, eique ſedulò, ac pluriès incumbentes ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim detulerunt.

Propoſitiones autem ſunt infraſcriptę, vz.

1 IN ſtatu naturę lapſę ad peccatum formale, & demeritum ſufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in cauſa ſua, peccato originali, & libertate Adami peccantis.

2 Tametſi detur ignorantia invincibilis iuris naturę, hęc in ſtatu naturę lapſę operantem ex ipſa, non excuſat à peccato formali.

3 Non licet ſequi opinionem, vel inter probabiles probabiliſſimam.

4 Dedit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo, non pro ſolis Electis, ſed pro omnibus, & ſolis Fidelibus.

5 Pagani, Iudæi, Hęretici, aliique huius generis nullum omninò accipiunt à Ieſu Chriſto influxum, adeòque hinc rectè inferes in illis eſſe voluntatem nudam, & inermem, ſine omni gratia ſufficienti.

6 Gratia ſufficiens ſtatui noſtro, non tàm utilis, quàm pernicioſa eſt, ſic, ut proindè meritò poſſimus petere, à gratia ſufficienti *Libera nos Domine.*

7 Omnis humana actio deliberata, eſt Dei dilectio, vel mundi, ſi

Dei, Charitas Patris eſt, ſi mundi, concupiſcentia carnis, hoc eſt, mala eſt.

8 Neceſſe eſt infidelem in omni opere peccare.

9 Re vera peccat, qui odio habet peccatum merè ob eius turpitudinem, & diſconvenientiam cum natura rationali, ſine ullo ad Deum offenſum reſpectu.

10 Intentio, qua quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, merè ut Cœleſtem obtineat gloriam, non eſt recta, nec Deo placens.

11 Omne, quod non eſt ex Fide Chriſtiana ſupernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum eſt.

12 Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamſi videantur credere, non eſt Fides Divina, ſed humana.

13 Quiſquis etiam ęternę mercedis intuitu Deo famulatur, charitate ſi caruerit, vitio nō caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.

14 Timor gehennę non eſt ſupernaturalis.

15 Attritio, quę gehennę, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentię Dei, propter ſe, non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis.

16 Ordinem pręmittendi ſatisfactionem abſolutioni, induxit, non politia, aut inſtitutio Eccleſię, ſed ipſa Chriſti lex, & pręſcriptio naturę rei id ipſum quodammodo dictante.

17 Per illam praxim mox abſolvendi, ordo pœnitentię eſt inverſus.

18 Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentię, etiamſi eam plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominùs ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed abuſu.

19 Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

20 Confeſſiones apud Religioſos factę, pleręque, vel ſacrilegę ſunt, vel invalidę.

21 Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui Eleemoſynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, ſeù ſatisfactione, ob quęſtum, ſeù lucrum ſubſidii temporalis.

22 Sacrilegi ſunt iudicandi qui ius ad Communionem percipiendam prętendunt, antequàm condignam de delictis ſuis pœnitentiam egerint.

23 Similitèr arcendi ſunt à Sacra Communione, quibus non dum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis expers.

24 Oblatio in Templo, quę fiebat à B. V. M. in die Purificationis ſuæ per duos pullos Columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccatis, ſufficientèr teſtantur, quòd indiguerit purificatione, & quòd filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus eſſet, ſecundùm verba legis.

25 Dei Patris ſedentis Simulacrum neſas eſt Chriſtiano in Templo collocare.

26 Laus

26 Laus,quę defertur Marię, ut Marię, vana eſt.

27 Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus, *In nomine Patris,&c.*prętermiſſis illis,*Ego te Baptizo.*

28 Valet Baptimus collatus à Miniſtro,qui omnem ritum externũ, formamquè baptizandi obſervat, intùs verò in corde ſuo apud ſe reſolvit, *Non intendo facere, quod facit Eccleſia.*

29 Futilis, & toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in fidei quęſtionibus decernendis infallibilitate.

30 Vbi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam,illam abſolutè poteſt tenere, & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31 Bulla Vrbani VIII.*In Eminenti*.eſt ſubreptitia.

Quibus maturè conſideratis idem Sanctiſſimus ſtatuit,& decrevit 31. ſupradictas Propoſitiones tanquam temerarias,ſcandaloſas, malè ſonantes, iniurioſas, Hęreſi proximas, Hęreſim ſapientes, erroneas, Sciſmaticas, & Hęreticas reſpectivè,eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet; itaut quicumque illas, aut coniunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè,publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excomunicationem, à qua non poſſit(pręterquam in articulo mortis) ab alio,quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctę obedientię, & ſub interminatione Divini Iudicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cuiuſcumque conditionis, dignitatis, & ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis,nè prędictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propoſitiones in majori numero ultrà ſupradictas 31. jam exhibitas, & in hoc Decreto non expreſſas approbare.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Anno à Nativitate D. N: Ieſu Chriſti milleſimo ſexenteſimo nonageſimo,Indict.13.die 20.Decembris,Pontificatus autem SS. D.N. ALEXANDRI Divina Providentia Papę VIII. anno ſecundo, ſupradictum Decretum *affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ* Principis *Apoſtolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Florę, ac in aliis locis ſolitis,& conſuetis Vrbis per me Franciſcum Perinum SS.* D.N. *Papæ,& Sanctiſs. Inquiſitionis Curſorem.*

Feria v. die 21. Auguſti 1670.

In Congregatione generali S.Romanę, & Vniverſalis Inquiſitionis, habita in Palatio *Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo Domin.Noſtro D.Clemente Divina Providentia Papa X.ac Eminentiſſi-*

tiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

CVM aliàs per Sacram Congregationem Sancti Officii iteratis Inſtructionibus ab eadem emanatis de anno 1658. & 1665. locorũque Ordinariis tranſmiſſis, proviſum fuerit, ut præſcriptis Interrogatoriis faciendis Teſtibus, qui ad probandum ſtatum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsùs ſecluderetur aditus iis, qui adhùc vivente altero Conjuge, aut aliàs impediti ad ſecunda illicita vota tranſire ſatagebant: Videns nihilominùs Sanctiſs.D.N.quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas teſtium depoſitiones, nec non Parochos, & Notarios in caſibus expreſſis, aut omittere, aut non obſervare earumdem Inſtructionum tenorem; Et licèt aliquandò plenè obſervent, non tamen interrogare teſtes ſuper aliis impedimentis dirimentibus.

Ideò volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re maturè conſiderata cum Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, præſenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterùm injungit omnibus Vicariis, ſeù Deputatis pro examinandis Teſtibus ad probandum ſtatum liberum contrahentium matrimonium, necnon Parochis, Notariis, & quibuſcumque aliis reſpectivè, ſub pœnis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sacræ Congregationis; Vt Inſtructionem infraſcriptam ad unguem obſervent.

Vt autèm præſens decretum, & Inſtructio ad omnium notitiam faciliùs deveniant, decrevit, illa ad valvas Baſilicę Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Vrbe, ac Palatio Sancti Officii ejuſdem Vrbis per aliquem ex Curſoribus Sanctitatis Suæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque ſic publicata omnes, & ſingulos, quos concernunt, poſt duos menſes à die publicationis in Vrbe faciendæ numerandos, perindè afficere, ac arctare, ac ſi illorum unicuique perſonalitèr notificata, & intimata fuiſſent.

Inſtructio pro examine illorum Teſtium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tàm in Curia Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Vicarii, quam in aliis Curiis cæterorum Ordinariorum.

IN primis: Teſtis moneatur de gravitate juramenti in hoc præſertim negotio pertimeſcendi, in quo Divina ſimùl, & humana Majeſtas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & gravitatem, & quod imminet pœna Triremium, & fuſtigationis deponenti falſum.

2 Interrogetur de nomine, cognomine, patria, exercitio, & habitatione.

3 An ſit Civis, vel Exterus, & quatenùs ſit exterus, à quanto tempore eſt in loco, in quo Teſtis ipſe deponit.

4 An ad examen acceſſerit ſponte, vel requiſitus: Si dixerit acceſſiſſe ſponte à nemine requiſitum, dimittatur, quia præſumitur mendax. Si verò dixerit acceſſiſſe requiſitum. Interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoties fuerit requiſitus, & an ſciat adeſſe aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5 Interrogetur, an ſibi pro hoc teſtimonio ferendo fuerit aliquid datum, promiſſum, remiſſum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipſorum nomine.

6 Interrogetur, an cognoſcat ipſos contrahere volentes, & à quanto tempore; in quò loco, qua occaſione; & cujus qualitatis, vel conditionis exiſtant.

Si reſponderit negativè, Teſtis dimittatur: ſi verò affirmatiuè;

7 Interrogetur, an contrahere volentes ſint Cives, vel exteri; ſi reſponderit eſſe exteros, ſuperſedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipſorum contrahere volentium doceatur de eorum libero ſtatu, de eo tempore, quo permanſerunt in ſua Civitate, vel Diœceſi. Ad probandum verò eorumdem contrahere volentium ſtatum liberum pro reliquo temporis ſpatio, ſcilicèt, vſque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur teſtes idonei, qui legitimè, & concludentèr deponāt ſtatum liberum contrahere volentium, & reddant ſufficiētem rationem cauſæ eorum ſcientiæ, abſque eo quod teneantur deferre atteſtationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò reſponderit contrahere volentes eſſe Cives.

8 Interrogetur ſub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præſenti.

9 Item an ipſe Teſtis ſciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuiſſe Vxorem, vel Maritū, aut profeſſum fuiſſe in aliqua Religione approbata; vel ſuſcepiſſe aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum ſcilicèt, Diaconatum, vel Præsbyteratum; vel habere aliud impedimentum, ex quo non poſſit contrahi Matrimonium.

Si verò Teſtis reſponderit non habuiſſe vxorem, vel maritum, neque aliud impedimentum, ut ſupra.

10 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, & an ſit poſſibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum, &c. & quod ipſe Teſtis neſcit.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur, niſi ex aliis Teſtibus probetur concludentèr non habuiſſe uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum, &c.

Si verò reſponderit negatiuè.

11 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, ex qua deindè Iudex colligere poterit, an Teſti ſit danda fides.

Si reſponderit contrahere volentes habuiſſe uxorem, vel maritum, ſed eſſe mortuos.

12 In-

12 Interrogetur de loco, & tempore, quo ſunt mortui,& quomodo ipſe Teſtis ſciat fuiſſe Conjuges, & nunc eſſe mortuos. Et ſi reſpondeat mortuos fuiſse in aliquo Hoſpitali, vel vidiſse ſepeliri in certa Eccleſia, vel occaſione militiæ ſepultos fuiſse à militibus, non detur licentia contrahendi, niſi prius recepto teſtimonio authentico à Rectore Hoſpitalis, in quo prædicti deceſserunt, vel à Rectore Eccleſiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel ſi fieri poteſt, à Duce illius cohortis, in qua deſcriptus erat miles. Si tamen hujuſmodi teſtimonia haberi non poſsunt, Sacra Congregatio non intendit excludere aliàs probationes, quæ de jure communi poſsunt admitti, dummodò ſint legitimæ, & ſufficientes.

13 Interrogetur, an poſt mortem dicti Conjugis defuncti aliquis ex prædictis contrahere volentibus tranſierit ad ſecunda vota.

Si reſponderit negativè.

14 Interrogetur, an eſse poſſit, quod aliquis ex illis tranſierit ad ſecunda vota, abſque eò quòd ipſe Teſtis ſciat.

Si reſponderit affirmativè, ſuperſedeatur in licentia, donèc producantur Teſtes, per quos negativa coarctetur concludentèr.

Si verò negativè.

16 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, qua perpenſa Iudex poterit judicare, an ſit concedenda licentia, vel nè.

Si contrahentes ſunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſse liberos, & in aliis ſervata forma Concilii Tridentini in cap. *Multi ſeſſ.* 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, niſi ſint munita ſigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarii, & recognita ſaltem per Teſtes, qui habeant notam manum, & ſigillum; attentè conſideretur, quod fides, ſeù teſtimonia benè, & concludentèr identificent perſonas, de quibus agitur.

Pro teſtibus in hac materia recipiantur magis conſanguinei, quàm extranei, quia præſumuntur meliùs informati; & Cives magis, quàm Exteri: nec admittantur homines vagi, & milites, niſi data cauſa, & maturo conſilio; Et Notarius exactè deſcribat perſonam Teſtis, quem ſi cognoſcit, utatur clauſula, *mihi benè cognitus*; ſin minus, examen non recipiat, niſi una cum perſona Teſtis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ atteſtetur de nomine, & cognomine ipſius Teſtis, nec non de idoneitate ejuſdem ad teſtimonium ferendum. Et hujuſmodi examinibus debet intereſſe in Vrbe ultrà Notariū Officialis ſpecialitèr deputatus ab Eminent. Vicario: & extrà Vrbem, vel Vicarius Epiſcopi, vel aliqua alia perſona inſignis, & idonea ab Epiſcopo ſpecialitèr deputanda; aliàs puniatur Notarius arbitrio Sacræ Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii præcipiant omnibus, & ſingulis Parochis in eorum Diœceſibus exiſtentibus, vt pro matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Eccleſiis, niſi certiorato Ordinario, à

quo, vel ejus generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati Teſtes in eorum Tribunali, qui probant ſtatum liberum contrahere volentium,&c.

Contravenientes autem ſeverè puniuntur.

Franciſcus Riccardus S.Rom.& Univerſalis Inquiſitionis Not.

Loco ✠ ſigilli.

Anno à Nativitate D.N.Ieſu Chriſti milleſimo ſexceteſimo ſeptuageſimo, Indict.octava, die verò 30.menſis Auguſti, Pontificatus autem Sanctiſs.in Chriſto Patris, & D.N.D.Clementis, divina Providentia Papa X.anno primo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ Vrbe, ac Palatii S.Officii eiuſdem Vrbis per me Petrum Paulum Deſiderium, eiuſdem Sanctiſſ.D.N. Papæ, & Sanctiſſ.Inquiſitionis Curſorem.

Decretum Innocentii XI.de Indulgentiis apocryphis.

DElatæ ſæpiùs fuere ad Sacram Congregationem Indulgentiis, ſacriſque Reliquiis præpoſitam Indulgentiæ quædam confictæ, & omninò falſæ, quæ per diverſas Orbis Chriſtiani partes circumferuntur; aliæ verò examinandæ, quæ adhibito ſtudio inventæ ſunt, vel apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocatæ, vel nullæ, quòd datum eis tempus præteriiſſet: quarum quidem plurimæ, cùm non facilem cognitionem habeant Chriſti fideles harum rerum, minùs peritos fallunt, qui ſpe Indulgentiæ, remiſſioniſque peccatorum ſuorum conſequendæ fruſtrantur. Quamobrem eadem Sac. Congregatio vehementer cupiens huic malo magis indies ſerpenti occurrere, animarum profectui, & Indulgentiarum dignitati conſulere, plures illarum ſingulari diligentia colligi, & in Indicem referri curavit.

Tales in primis ſunt illæ uti afferũt, conceſſæ à Ioanne II.& Sixto IV. recitantibus Orationem charitatis Ieſu Chriſti Domini noſtri: *Precor te, piiſſime Domine, &c.* ab Vrbano II.Eccleſiæ S.Mariæ, ut vulgò dici ſolet, Campagnolæ, & S.Victoriæ: ab Eugenio III. Revelationi de plaga in humero Ieſu Chriſti factæ S.Bernardo: ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptionis: à Bonifatio IX. viſitantibus Cappellam S.Nicolai de Tolentino in eius die feſto: à Ioanne XXI. oſculantibus menſuram plantæ pedis Beatæ Mariæ Virginis: ab Alexãdro VI.Imagini B.Mariæ, vulgò dictæ Laghetti: à Leone X.geſtantibus funiculum S.Franciſci, primùm in Vrbe impreſſæ, deinde Mediolani anno 1665. (ſuas tamen habent, & veras Confratres Archiconfraternitatis Cordigerorum S.Franciſci) recitantibus Salutationem Angelicam ad pulſum horologii; & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna ſubiecta eſt: à Pio IV.vel à Pio V.Principi Senarum: à Clemente VIII. dicentibus Orationem:

O ma-

O magnum myſterium, *&c.* & Eçcleſiæ S.Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Avenione impreſsæ, tùm aliæ pro animabus Chriſti fidelium defunctorum impreſſæ Matriti 20. Iulii 1607: à Paulo V. cantantibus Hymnum: *Te Matrem Dei laudamus*, *te Mariam Virginem confitemur*, *&c.* vel ſi die Sabbati intererint dum idem canitur, & Coronis, Roſariis, Imaginibus, & Numiſmatibus, quæ medallias appellant, ab ęo benedictis, Federico Cardinali Borromæo ſupplicante anno 1611. dum Eccleſia Romæ in honorem S.Caroli ædificaretur: & ab eodem Paulo, & Gregorio XV. dicentibus: *Sia lodato il Santiſſimo Sacramento*, laus Sanctiſſimo Sacramento: ab Vrbano VIII. in honorem eiuſdem Sacramenti præcibus Cardinalis Magalotti; & Sacerdotibus celebrata Miſſa dicentibus: *Aue filia* Dei *Patris*, *Aue Mater* Dei *Filii*, *&c*: à Clemente X. recitantibus mane, meridie, ac Veſpere conſuetam Antiphonam, *Angelus Domini*, *&c.* & in fine *Deo gratias*, *& Mariæ*: ac demùm aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tributæ, ut ajunt, Coronis Myſteriorum Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti prece magni Ducis Etruriæ.

Talis Indulgentia Sodalitatis S.Nicolai, qua repetita quinquies Oratione Dominica, & Salutatione Angelica, unam liberari animam quolibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliæ Peruſii Confraternitatis Sanctorum Sebaſtiani, & Rochi; & Romæ Societatis S.Bernardi ad Columnam Trajani; Tales demùm aliæ Cruceſignatorum S.Euſtorgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Ejus generis ſunt & illæ conceſſæ, ut ajunt, Cappellæ Roſarii in Eccleſiis S.Antonii de Rovigo, ſeù Rodigii, vel Eccleſiæ Sanctiſſ. Trinitatis Bergomi, aut S.Petri Montis Todomi die feſto Inuentionis Sanctiſs. Crucis, vel geſtantibus funiculum S.Franciſci de Paula, vel celebrantibus Miſſas S.Auguſtini, aut alias quinque in honorem quinque feſtivitatum B.V. vel recitantibus officium S.Franciſcæ Romanæ, aut Antiphonam, *ò Paſſio magna*, &c. in memoriam Paſſionis Ieſu, aut Roſarium S.Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat) aut orationem, quæ impreſſa cum imagine S.Annæ circumferri ſolet, *Aue gratia plena*, *&c.* (quæ oratio prohibetur) aut Officium Conceptionis B.V. immaculatę, quod aſſerunt à Paulo V. probatum fuiſſe, aut orationem, *Deus, qui nobis in S.Syndone*, &c. (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. conceſſa precibus Duciſſæ Sabaudię ad annos 25. cunctis illius ditione degentibus) aut aliam, *Aue filia Dei*, *&c.* poſt communionem recitandam, vel aliquo conſpicuo ſigno venerantibus Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti nomen: Indulgentiæ rurſus octoginta millium annorum veteri de Tabula exſcriptæ, quam in Baſilica Lateranenſi aſſervari aſſerunt, pro dicentibus orationem illam verè piam: *Deus, qui pro redemptione Mundi*, &c. tùm quæ impreſſæ fuerunt Papiæ anno 1670. ſub hoc titulo: *Sommario delle Indulgenze conceſſe dalla Santità di Noſtro Signore Papa Leone X. all'Imagine della Concettione della Glorioſa Vergine Maria*, vel Piſauri ſub nomine

B. Ioannæ, anno 1608. evulgatæ: vel Barlettæ, ſeù Baruli à recitantibus quaſdam non ſanè malas orationes, lucrandę: vel Parmæ à viſitantibus per Quadrageſimæ dies Eccleſias Tertii Ordinis S. Franciſci: vel Piſtorii, & Vaſtallæ à recitantibus orationem, *Aue Sanctiſſima Maria, Mater Dei, Regina Cœli, &c*: & aliæ in peculiari impreſſo libro deſcriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ ſunt, quæ Crucibus Caravacenſibus tributæ dicuntur, vel Coronæ, ſivè Stellario Conceptionis Virginis immaculatę, quod ex duodecim globulis precariis conſtat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloyſię ab Aſcenſione Hiſpanę Monialis Ordinis S. Claræ: vel menſurę altitudinis Ieſu Chriſti Domini noſtri, vel imaginis: aut menſuræ vulneris lateri ejus inflicti; vel orationi, ut ajunt, in Sepulchro Domini noſtri repertæ: & Indulgentiæ, ut ajunt, innixæ relevationi factæ Sanctis Birgittæ, Mectildi, & Eliſabeth, vel B. Ioannę de Cruce, & conceſſæ, ut aſſerunt, granis, quę aliquod ex tribus granis tetigerint exiſtentibus penes Romanum Pontificem, Hiſpaniarum Regem, & Miniſtrum Generalem Fratrum Minorum Obſervantiæ S. Franciſci.

Omnes verò, & ſingulas jam dictas Indulgentias Sacra Congregatio partim eſſe confictas, & planè falſas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini ſuffragari poſſunt: eaſque in futurum ullo in loco, vt veras publicari, & lucrandas Chriſti fidelibus proponi vetat: Foliaque, & Libros, ubi ſic proponuntur, ſeù aſſeruntur, omninò præcipit aboleri, niſi prædictæ Indulgentię fuerint diligentèr expunctę; nec ideò tamen vult, alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris, & legitimis, tacitèque probatis haberi.

Ac demùm omnes Indulgentias conceſſas ante Decretum Clementis VIII. latum die 8. Januarii 1597. Coronis, Roſariis, Granis, ſeu calculis, Crucibus, & Imaginibus ſacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit *Romanus Pontifex, &c.* editum 23. Maii anno 1606. perſonis Regularibus quarumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Conſtitutionem 155. Clementis VIII. (cujus initium, *Quæcumque, &c.* & 68. Pauli V. incipientem, *Quæ ſalubriter, &c.* habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate etiam Ieſu, Capitulo, vel Cœtu quocumque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliiſque perſonis, vel perſona, etiamſi earum, vel ejus mentio ſpecialis, & individua facienda eſſet, niſi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovatę, aut confirmatę, nullius eſſe roboris, & momenti pariter declarat.

Porrò Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinę Chriſtianę, Confraternitatibus Sanctiſſimę Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Roſarii, B. Mariæ de Mercede, & Redemptionis Captivorum, Beatę Marię de Monte Carmelo, Cinctuię S. Auguſtini, & S. Monicæ, niſi ab eadem Congregatione recognita, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Vrbis, quę à Romanis Pontificibus ſingulari quodam beneficio vel communicatę ſunt, vel communicabũtur interdum, aliquibus locis, Ordinibus, aut perſonis, diebus tantùm Stationum in Miſſali Romano deſcriptis ſuffragari poſſe declarat; ſemel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Eccleſiam viſitantibus conceſſam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctiſſimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolatè ſervari juſſit. Datum Romę die 7. Martii 1678.

Aloyſius Card. Homodeus.

Loco ✠ Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secr.

Die 12. menſis Maii 1678. ſupradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Baſilicæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Vrbis per me Rochum de Stephanis Sanctiſs. Domini Noſtri Papæ Curſ.

Sommario dell'Indulgenze, e gratie conceſſe dal Santiſſimo Papa Gregorio di f. m. all'Archiconfraternità del Santiſſimo Sacramento eretta nella Chieſa ſopra la Minerva dell'alma Città di Roma.

PRimo concede Indulgenza plenaria, e remiſſione di tutti peccati à tutti li fedeli Chriſtiani, che veramente contriti, e confeſſati, ricevendo il Santiſſimo Sacramento entraranno in detta Archiconfraternità.

E più concede la medeſima Indulgenza à tutti quelli Confrati, i quali nel dì della feſta del Corpo di Chriſto, ò nell'Ottava ſimilmente contriti, e confeſſati riceveranno divotamente il Santiſſimo Sacramẽto.

E più concede la medeſima Indulgenza alli detti Confrati ſimilmente contriti, e confeſſati nel punto della morte loro.

E più concede alli detti Confrati, che ritrovandoſi fuori di Roma in quei giorni, ne' quali ſono le Stationi nelle Chieſe tanto dentro, quanto fuori della Città viſiteranno l'Altare del Santiſſimo Sacramento, & ivi devotamente diranno ſette Pater noſter, e ſette Ave Maria, pregando noſtro Signor Iddio per l'eſaltatione della Santa Fede Cattolica, & eſtirpatione dell'Ereſie, e dell'Infedeli, guadagnino le medeſime Indulgenze, quali guadagneriano ſe in quell'iſteſſo giorno viſitaſſero quella Chieſa dentro, ò fuori di Roma, dove ſuol eſſere la Statione.

E più concede cento giorni d'Indulgenza à tutti quei Confrati, che ciaſcuno Venerdì viſiteranno il Santiſſimo Sacramento, facendo ivi oratione, come ſopra.

E più concede ſette anni, e ſette quarantene alli detti Confrati vera-

ramente contriti,e confeſſati nel dì del Giovedì Santo di ciaſcun'anno.

E più concede alli dettiConfrati dieci anni,e dieci quarantene,i quali contriti,e confeſſati riceveranno il Santiſſimo Sacramento nell'Altare di eſſo ogni terza Domenica di ciaſcun meſe, e nel giorno del Giovedì Santo,

E più concede alli detti Confrati veramente contriti, e confeſſati, i quali nel dì del Giovedì Santo viſiteranno il Santo Sepolcro nella detta Chieſa di S.Maria ſopra Minerva ſette anni, e ſette quarantene d'Indulgenza.

E più concede alli detti Confrati, i quali accompagneranno il Santiſſimo Sacramento nella proceſſione, che ſi fà la terza Domenica di ciaſcun meſe nella detta Chieſa trenta giorni d'Indulgenza.

E più concede ſimilmente cento giorni d'Indulgenza tanto alli detti Cõfrati,come all'altri fedeli Chriſtiani ogni volta,che accõpagnaranno, ò impediti faranno accompegnare il Santiſſimo Sacramento, quando ſi porta agl'infermi, dicendo un Pater noſter, & un'Ave Maria inginocchiandoſi,quando ſentiranno il ſuono del campanelló, pregando Dio per la ſalute dell'infermo.

E più concede facoltà alla detta Archiconfraternità eretta nella detta Chieſa di S.Maria ſopra Minerva di poter comunicare le ſopradette Indulgenze (eccetto quelle delle Stationi di Roma) ad altre Confraternità erette, e da erigerſi fuori di Roma in qualſivoglia luogo.

Il Breve originale delle ſudette Indulgenze conſervaſi nell'Archivio della Minerva.

Sommario delle Indulgenze più principali, che guadagnano li Fratelli,e Sorelle della Confraternità del Santiſſimo Roſario, in conformità dell'ultima Bolla di N.S. Papa Innocenzo XI.

1 NEl giorno, in cui ſi faranno ſcrivere in detta Confraternità, eſſendoſi confeſſati, e communicati in qualche Chieſa, ò Cappella di eſſa, con recitare almeno la terza parte del Santiſſimo Roſario, e pregar N.S. Dio per la ſua Santa Chieſa, guadagnano Indulgenza plenaria.

3 Portandoſi adoſſo, veramente pentiti, in honor di Maria ſempre Vergine il Roſario, conſeguiſcono cento anni, e cento quarantene d'Indulgenza.

3 Nella prima Domenica d'ogni Meſe, confeſſati,e communicati, viſitando la Cappella del SS. Roſario, e pregando Dio per la pace trà Principi Chriſtiani,per l'eſtirpatione dell'hereſie, e per l'eſaltatione di S.Chieſa,Indulgenza plenaria. Qual poſſono guadagnare gl'infermi, purche confeſſati,e communicati in caſa recitino li ſette Salmi penitentiali,ò veramente il Roſario, ò la Corona della B.Vergine, pregando come ſopra.

4 Nelle feſte di Maria Vergine, cioè Purificatione, Annunciatione, Viſitatione, Aſſuntione, Natività, Preſentatione, e Concettione, confeſſati, ò fermamente almeno proponendo di confeſſarſi ne' tempi ſtabiliti, con viſitar la Cappella del Roſario, dalli primi Veſperi inſino al tramontar del Sole de' giorni ſeguenti; Indulgenza plenaria.

5 In tutte le feſte del Signore, nella ſolennità del Corpo di Chriſto, e nella feſta del Santo titolare della Chieſa, dove ſtà fondata la Confraternità, confeſſati, e communicati viſitando la detta Chieſa, Indulgenza plenaria.

6 In tutte le feſte, nelle quali ſi celebra alcuno de' miſterii del Santiſſimo Roſario, facendo, come ſopra, Indulgenza plenaria.

7 Nella terza Domenica di Aprile, e nella prima Domenica di Ottobre, dal primo Veſpro fin'alla ſera del giorno ſeguente, confeſſati, e communicati viſitaranno la Cappella del Roſario, e pregando, come ſopra, Indulgenza plenaria.

6 Nella Domenica frà l'Ottava della Natività della Madonna, confeſſati, e communicati, pregando per lo felice ſtato del Romano Pontefice, e della Santa Chieſa, Indulgenza plenaria. E chi in quel giorno ſi occuparà ad ornare gli Altari, ò in altro modo ſervire le Chieſe, dove ſtà eretta la Confraternità, nelle coſe appartenenti à quella feſta, cento giorni d'Indulgenza. Qual poſſono guadagnare gl'infermi, le donne gravide, & altre perſone legitimamente impedite, col recitar ginocchioni la Salve Regina avanti l'Altare, ò altra Imagine di Maria ſempre Vergine.

9 Nella prima Domenica d'ogni meſe, aſſiſtendo, confeſſati, e communicati alla proceſſione ſolita farſi, Indulgenza plenaria. E ſe foſſero legitimamente impediti dall'aſſiſtervi, la conſeguiſcono col ſolo proponimento di confeſſarſi, e communicarſi ne' tempi ſtabiliti dalla Chieſa: purche quelli, che impediſce viaggio di mare, ò di terra, ò veramente attual ſervitio di Padroni, recitino il Roſario intiero, e quelli, che ſono impediti da infermità, ò altro, recitino almeno la terza parte.

10 In tutte le ſopradette ſette feſte della Madonna confeſſati, ò proponendo di confeſſarſi, & accompagnando la proceſſione, che ſuole farſi nelle Chieſe de' Frati Predicatori, Indulgenza plenaria.

11 In tutti, e qualſivoglia giorno dell'anno viſitando la Cappella del Santiſſimo Roſario, cento giorni d'Indulgenza.

12 Recitando pentiti, e confeſſati, la terza parte del Roſario, per ogni volta ſeſſanta mila anni, & altretante quarantene d'Indulgenza.

13 Recitando la terza parte del Roſario, nell'iſteſſa Cappella, ò almeno à viſta di eſſa: e non potendo ciò eſſere, in qualſivoglia altra Chieſa, ò veramente Oratorio, per ogni volta cinquant'anni d'Indulgenza.

14 Recitando il Roſario intiero per ogni ſettimana, guadagnano una volta in vita, & un'altra in morte, Indulgenza plenaria, qual dovrà applicarſeli dal Confeſſore eletto da loro ſteſſi.

15 Recitando intiero il Roſario di quindeci poſte, guadagnano per

ogni volta tutte quelle Indulgenzè, che ſi guadagnano nelle Spagne recitando la Corona di Maria Vergine. Si avverte,che frà queſte vi è l'Indulgenza plenaria.

16 Recitando intiero il Roſario confeſſati, e communicati, nel giorno della Santiſſima Annunciata, Indulgenza plenaria. E ne'giorni dell'Aſsuntione,Natività,e Purificatione della Madonna,e della Paſqua di Reſurrettione, diece anni,e diece quarantene.

17 Nominando nel fine di ogni Ave Maria l'amabiliſſimo nome di Gieſù, per ogni volta cinque anni,e cinque quarantene. E più nominando l'iſteſso nome di Gieſù,ò quello di Maria, così nel Roſario, come fuori, per ogni volta ſette giorni d'Indulgenza.

18 Celebrando, ò aſcoltando la Meſsa del Roſario confeſsati, ò con proponimento di confeſsarſi,e pregando come ſopra, guadagnano per ogni volta tutte le Indulgenze, che ſi conſeguiſcono recitando il Roſario intiero.

19 Chi ſarà ſolito celebrare, ò veramente aſcoltare la Meſsa del Roſario, confeſsandoſi, e communicandoſi, con pregar,come ſopra, guadagna una volta il meſe à ſua elettione l'Indulgenza plenaria della proceſſione della prima Domenica.

20 Viſitando cinque Altari, ò cinque volte l'iſteſso, guadagnano tutte intieramente quelle Indulgenze,che conſeguirebbero andando attorno per le Stationi di Roma.

21 Stando preſenti alle Meſse, ò altri divini Officij nelle ſudette Chieſe de' Frati Predicatori, per ogni volta ſeſsanta giorni d'Indulgenza.

22 Aſſiſtendo alla Salve Regina, che da' Frati Predicatori ſi canta dopò la Compieta, nelle Feſte di Maria Vergine, de' Santi Apoſtoli, e e de' Santi di quell'Ordine; per ogni volta tre anni, e tre quarantene: Ne' Sabbati di Quadrageſima un'anno: In tutti gli altri Sabbati,e giorni di feſta, quaranta giorni: Et in ogni giorno dell'anno proponendo almeno di confeſsarſi,cento giorni d'Indulgenza.

23 Accompagnando lo Stendardo del Roſario nel ſepellire li Cõfrati, ò Conſuore defonte; cento giorni d'Indulgenza.

24 Accompagnando alla ſepoltura li cadaveri de' Fratelli, e Sorelle defonte, per ogni volta trè anni, e trè quarantene.

25 Aſſiſtendo agli Anniverſarii ſoliti farſi per l'Anime de' medeſimi, per ogni volta cento giorni d'Indulgenza.

26 Aſſiſtendo alle proceſſioni, che nelle Chieſe de' Frati Predicatori ſi ſogliono fare ogni ſettimana in ſuffragio de' morti, otto anni d'Indulgenza.

27 Nell'articolo della morte,eſsendo confeſsati,e communicati, e profeſsando la Fede Cattolica,con recitar la Salve Regina,guadagnano Indulgenza plenaria.

28 Nell'articolo della morte,eſsendo confeſsati,e communicati,invocando col cuore, ſe non potranno con la bocca, il Santiſſimo No-

me

me di Gieſù, ò dando qualche ſegno di contritione, Indulgenza plenaria.

29 Chi confeſsato, e communicato, ò che habbia propoſito di farlo, muorirà tenendo in mano la candela benedetta del Roſario, purche in vita l'habbia una volta almeno recitato intiero, guadagnarà Indul-dulgenza plenaria.

30 L'Altare del Roſario nelle Chieſe de' Frati Predicatori, gode l'indulto di Altare Privilegiato per tutte le Meſſe di Requiem, che da' medemi Padri ſi celebrano per le anime de' Confrati defonti.

31 Tutte le Indulgenze, che guadagnano li Fratelli del Roſario, poſsono da loro applicarſi in ſuffragio dell'Anime del Purgatorio.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii contra Succollectores Apoſtolicos.

Eminentiſſime, & Reuerendiſſime Domine *Obſeruandiſſime.*

EXaminatis iterùm in Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum (prout mentis fuerat Clementis X.f.m.) accuratoque ſtudio perpenſis declarationibus, aliàs editis circa Subcollectores Nuntiaturæ Apoſtolicæ Neapolis, necnon conſideratis, novitèr deductis in literis D.Nuntii, Eminentiſſimi PP. declarationes, aliàs editas in hac materia, & in unum congeſtas, atque à Sanctiſſimo D.N. ut infrà approbatas, obſervandas cenſuerunt; proindèque per haſce literas encliticas, in illa Cancellaria regiſtrandas, E.V. ſignificandas duxerunt.

In primis igitur ſtatuit Sacra Congregatio, decem tantùm in iſta Civitate, & Diœceſi debere eſſe Subcollectores. Ad evitandam autem confuſionem, remiſit arbitrio Nuntii dividere, & aſſignare cuilibet Subcollectori partem Diœceſis, ſeù loca, intra quorum limites debeant in exercitio ſe continere.

Et nè ſemel in Subcollectores deputari neceſſitatem inducant multiplicandi alios Subcollectores, renunciando officium, licèt poſſint in eo continuare, & idonei ſint; declaravit, nullum Subcollectorem poſt renunciatum officium gaudere exemptione ab ordinario, niſi laudabilitèr exercuerit, ſaltem per duodecim annos.

Eos verò, qui in officio, aut aliàs ita deliquiſſe comperti fuerint, ut à Nuntio amoveantur, & alii eorum loco deputentur, nullatenùs exemptione hujuſmodi gaudere; & è contrà, illos, qui probè, ac fidelitèr ſe geſſerint, velintque in officio continuare, confirmandos eſſe à Nuntio, nec alios eorum loco deputari poſſe.

Prætereà, attenta Subcollectorum hujuſmodi multitudine, & cauſa à f.m. Vrbano VIII. in ſua Conſtitutione 35. conſiderata, concedendi illis

 exem-

exemptionem, cenſuit, expedire, ut Sanctiſſimus declarat, ità eſſe intelligendam dictam conſtitutionem, ut Subcollectores, terminato officio, non gaudeant ampliùs exemptione, defuncto, vel aliàs deficieente Ordinario, in cujus tempore exercuerunt. Sicuti etiam declaravit, illos, qui licet in Subcollectores deputati fuerint, nunquam exercuerunt, minimè gaudere. Nec paritèr illos, qui non reſident, in Diœceſi, pro qua ſunt deputati: & ordinarium certiorare debere. S. Congregationem de dicta non reſidentia, ejuſque proviſionem expectare.

Generalitèr verò, Subcollectoribus exemptionem ab Ordinario in civilibus non ſuffragare, niſi adeſſet in Diœceſi Iudex, à Nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in cauſis paſſivis, & nullo privilegio, aut exemptione gaudeat.

Quod verò attinet ad ſubſtitutos, & officiales Subcollectorum, declaravit, dictos ſubſtitutos non gaudere exemptione; illam tamen concedendam eſſe uni tantùm Notario pro quolibet Subcollectore, in actu exercitii.

Et quoad Commiſsarios ſuper illicitis negotiationibus, aut ad alias cauſas particulares deputatos, non gaudere exemptione, niſi in actu exercitii, & tam Commiſsarios hujuſmodi, quam Subcollectores, quãdo procedunt contrà denunciatos, vel aliàs inquiſitos de illicitis negotiationibus, ſi ex proceſsu informativo conſtat de eorum innocentia, non poſse illos cogere ad expenſas ejuſdem proceſsus, & decreti abſolutorii.

Et, quod majoris momenti eſt, nè prætextu hujuſmodi officii cura Animarum, ſervitium Eccleſiæ, ac divinus cultus, morumque honeſtas detrimentum patiantur, declaravit, Parochos in Subcollectores, aut Commiſsarios ad quaſcumque cauſas particulares, non eſse deputandos, ſicuti nec Pœnitentiarium, nec Thologum: quod ſi poſt deputationem de aliqua Parochiali, aut pœnitentiali. vel theologali præbendis fuerint fortaſse proviſi, tunc minimè gaudere exemptione in concernentibus curam Animarum, & reſpectivè ad implementum onerum ipſarum præbendarum, & eadem ratione, non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos ſubcollectores in concernentibus ſervitium Eccleſiæ, & adimplementum onerum ipſorum Canonicatuum, & Beneficiorum, nec lucrari diſtributiones quotidianas, ſi non inſerviant; inſuper teneri ratione beneficiorum, quæ obtinent, ad publicas proceſſiones accedere, ſolvere cathedraticum, & ſubſidium charitativum, & intereſse Synodo ac viſitationi, non tamen pluries, quam ſemel in anno. Poſse verò ſolummodò cogi ab Ordinario ad exequendam viſitationem in iis, quæ reſpiciunt cultum divinum. Ipſumque Ordinarium poſse procedere contra Subcollectores, accedentes ſine ejus licentia ad Monaſteria Monialium, aut non ſervantes præceptum communionis Paſchalis, & è contra percutientes Præsbyterum, vel Clericum, poſse procedere ad declaratoriam excomunicationis ex cap. ſi quis ſuadente, & ſi quando repererit aliquem Subcollectorem in publico concubinatu vivere, certio-

tiorare debere eamdèm Sacram Congregationem, aut ipſum Nuntium, cujus partes erunt ſeverè eos punire, ac privare officio; poſſe tamen eumdem Ordinarium carceribus mancipare, ad ſuperiorum diſpoſitionem retinendos, Subcollectores, depræhenſos in fraganti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem relegatione, dummodo ſtatim de carceratione Nuntium certioret.

Item adminiſtratores locorum piorum, in Subcollectores deputatos, ſubeſſe Ordinario, quo ad redditionem adminiſtrationis; nec poſſe Subcollectores à caſibus, Epiſcopo reſervatis abſolvi abſque illius licentia; & nullum inquiſitum poſſe à Nuncio in Subcollectorem deputari, niſi de ejus abſolutione conſtiterit.

Vt autem ſciant Ordinarii, quos in Subcollectores, aut Commiſſarios debeant recognoſcere, declaravit, Subcollectores teneri oſtendere Ordinario ſuas commiſſiones, antequam illas exequantur, Commiſſarios verò particulares teneri, vel per literas patentes, vel privatas ſui ſuperioris, aut alio modo, certiorare ordinarium de demandata juriſdictione.

Demum, quatenus ſupradictæ declarationes, vel aliquæ illarum, futuris temporibus, non obſerventur, Sacra Congregatio voluit, incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, ac paſtorali ſollicitudine, quæcumque ſecus acciderint, huic Sanctæ Sedi fideliter referant, pro opportuna proviſione obtinenda.

Et facta de præmiſſis relatione Sanctiſſimo Domino noſtro, Sanctitas ſua declaravit, præcitatam Conſtitutionem fel. record. Vrbani VIII. eſſe intelligendam juxta ſupradictam Sacræ Congregationis ſententiam, & præinſertas omnes declarationes approbavit, & confirmavit, atque inconcuſsè, & inviolabilitèr obſervari, & exequi mandavit, non obſtantibus quibuſcumque; ſalva tamen ſemper ejuſdem Sacræ Congregationis auctoritate, omnia, & ſingula prædicta declarandi, moderandi, & ampliandi; & in totum, vel in partem annullandi, caſſandi, & interpretandi.

Voluit tamen Sanctitas Sua, quod per præſentes, reſtrictas ad Subcollectores ſpoliorum, ipſius Regni Neapolitani, per Nuncium Apoſtolicum deputatos, ſive deputandos, derogatum, ſeù præjudicatum minimè cenſeatur reſervationibus, affectionibus, beneficiorum eorumdem Subcollectorum reſultantibus ex regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, quod reliquum eſt, Eminentiæ Veſtræ erit hæc omnia ſervari facere, eidemque manus humillimè deoſculor. Romæ 17. Februarii 1677.

Em. V.

Humillimus, & addictiſſimus Servus
F. Cardinalis Columna.

Stephanus Archiepiſcopus Brancatius Epiſcopus
Viterbien. Secretarius.

Re-

Reſolutiones Sacr. Congreg. Conc. ſuper negotiatione Eccleſiaſticorum.

EE. & RR. Domini. Capitulum, Presbyteri, & Clerus Civitatis, & Diœceſis Caputaquen, prout plurimum ob loci, perſonarum, & temporum qualitatem infraſcriptis actionibus, necnon ad ſuam, & familię ſuſtentationem coguntur quærere ad obviandas vexationes Commiſſariorum, petunt ut declaretur an liceat infraſcripta facere, abſque reatu illicitæ negotiationis.

1 An liceat eis terras patrimoniales, & Beneficiales, per Laicos colere?

2 Pro neceſſario culturæ uſu an poſſint emere Boves, & alia animalia,& Fœtus illorum vendere?

3 An ii,qui in propriis bonis habent Quercus, & Caſtaneas,quarum fructibus ſues veſcuntur, poſſint ſues emere,eoſvè alere,& pro ſua,& familiæ ſuſtentatione vendere?

4 An iidem Clerici cum foliis ſuarum arborum poſſint in propriis ædibus arti ſericæ operam dare, vel idem opus dare ad medietatem, ſeù ad quartum, & fructus inde percipiendos vendere abſque reatu illicitæ negotiationis?

5 An Clerici pauperes ad ſuam, ſuæque familiæ ſuſtentationem, poſſint Terras Eccleſiæ conducere?

6 An poſſint locare Boves, Oves, & Animalia, quæ habent ex ſucceſſione,vel aliis debitis,vel decimis,eorumque fructus vendere?

7 An liceat ex Oleis, Vineis, Quercubus, & aliis arboribus exiſtentibus in terris patrimonialibus, & beneficialibus, & aliis obtentis, vendere Oleum, Vinum, Glandes, & alios fructus ad ſuſtentationem ſuæ familiæ; Et item, & granum, & frumentum hujuſmodi ex bonis Patrimonialibus,aut Beneficialibus?

Et Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretũ, mandavit tranſmitti dicta dubia per manus Eminentiſſimorum, & dari Declarationes Sacræ Congregationis Epiſcoporum.Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum prævia matura conſideratione, & inhærendo Declarationibus alias factis.

Ad primum reſpondit. Licere Clericis Agros Beneficiorum, & bonorum patrimonialium Laicorum opera colere,abſque metu illicitę negotiationis.

Ad ſecundum. Poſſe ſimiliter Clericos pro culturæ uſu, Boves, & alia animalia emere,illorumque fœtus juſto prætio, & honeſta ratione vendere; nec ob id prohibitæ negotiationis prætextu vexari poſſe, aut debere.

Ad tertium. Item, & poſſe Clericos habentes in propriis bonis quercus, & caſtaneas,ſues emere,eoſque alere pro ſua,& familiæ ſuſtentatione, dummodo tamen in emendis,alendis,diſtrahendiſve,nihil ſordidum, aut indecens ordini Clericalj exequantur. Ad

